

Digitized by Google

JK3
A165c
1862
stor
C177

Digitized by Google

Digitized by Google

CORPO DIPLOMATICO PORTUGUEZ

CONTENDO

OS ACTOS E RELAÇÕES POLITICAS E DIPLOMATICAS

DE PORTUGAL

COM AS DIVERSAS POTENCIAS DO MUNDO

Digitized by Google

Digitized by Google

CORPO DIPLOMATICO PORTUGUEZ

CONTENDO

OS ACTOS E RELAÇÕES POLITICAS E DIPLOMATICAS

DE PORTUGAL

COM AS DIVERSAS POTENCIAS DO MUNDO

DESDE O SECULO XVI ATÉ OS NOSSOS DIAS

PUBLICADO

DE

ORDEM DA ACADEMIA REAL DAS SCIENCIAS DE LISBOA

POR

LUIZ AUGUSTO REBELLO DA SILVA

82385

TOMO II

LISBOA
TYPOGRAPHIA DA ACADEMIA REAL DAS SCIENCIAS
M DCCC LXV

Digitized by Google

Digitized by Google

10-7-29

Continúa este segundo Tomo do *Corpo Diplomatico Portuguez* a publicação dos monumentos, que sobrevivem de nossas relações com a Curia Romana no importante periodo decorrido desde 4 de março de 1518 até 15 de agosto de 1533, periodo tão rico de acontecimentos em todo o mundo, e tão notavel pelo vulto e significação das grandes figuras historicas, que o dominam.

Abraça elle para nós os ultimos annos do venturoso reinado de D. Manuel, e a primeira decada do governo de elrei D. João III, menos favorecido de prodigios, mais trabalhado de cuidados e difficuldades, e sobre tudo tão enredado de negociações por vezes pouco ditosas com as diversas potencias da Europa.

Os subsidios que prestam aos estudiosos os documentos, que saem de nossos prelos pela primeira vez, as feições que avivam, os fios secretos que revelam, e a expressão sincera, e até hoje ignorada por falta de sufficiente informação, que todos elles concorrem para caracterisar, mudam inteiramente, ácerca dos homens e das cousas, o juizo incompleto, e talvez fallivel, formado a respeito de alguns em muitos casos.

Principiam a apparecer n'este volume, já com alguma clareza, as pa-

Digitized by Google

ginas, que serviram de prologo ao doloroso e sombrio drama da introducção da inquisição em Portugal, drama, de que a penna de um historiador eminente, o sr. Alexandre Herculano, descreveu com tão admiradas côres um dos principaes episodios, restituindo-nos ás scenas, que precederam e acompanharam o famoso tribunal da Fé em seus primeiros passos, desde que D. João III intentou estabelecel-o até que as supplicas da raça opprimida arrancaram, não gratuito, da côrte de Roma, o perdão geral dos christãos novos, consignado na bulla *Sempiterno Regi* de 7 de abril de 1532.

As razões mundanas do principe mal cubertas com o veo transparente do zêlo religioso; as hesitações talvez simuladas, e a protecção artificiosa dos Curiaes, que as promessas e dadivas captivavam mais, que os gemidos e tribulações dos judeus, compoem, contempladas á sua verdadeira luz, um espectaculo unico e instructivo, ao qual a linguagem singela dos negociadores, e as vozes magoadas dos queixosos augmentam ainda e encarecem o interesse.

Muitos outros assumptos prendem pela variedade e importancia a attenção n'estas memorias de um dos aspectos da vida politica e religiosa da primeira metade do seculo XVI entre nós, justificando pela noticia e individuação de pontos pouco sabidos, ou inexactamente apreciados, a opinião do erudito historiador allemão Leopoldo Ranke sobre a valia de tão preciosos e desejados subsidios para a historia moderna dos Estados.

Do reinado de elrei D. João III em diante os nossos archivos principiam a ser menos escassos e confusos; e se não encerram todas as riquezas, que exigiria a curiosidade, pelo menos já soccorrem as investigações profundas e pacientes com alguma liberalidade. Faltam muitos documentos essenciaes, e notam-se por desgraça graves omissões, que interrompem, e quebram de repente a serie, ou a deducção a negociações de vulto; restam apenas de alguns diplomas rascunhos sem data, cujas allusões obscuras a factos, ou a pessoas, são a chave unica de suas datas e collocação; mas apesar d'isso as trevas não se fecham tão espessas, e grandes clarões illuminam de espaço a espaço o horisonte.

Procurou-se, quanto possivel, observar a ordem chronologica, repondo a data exacta em cada documento. Foi o maior trabalho, e o maior embaraço a vencer n'este volume. Em muitos casos, no meio do

Digitized by Google

labyrintho de intrincadas conjecturas, que ameaçava enredar tudo em seus rodeios, consumiram-se em inducções e confrontações, que só avaliará devidamente quem já luctou com eguaes difficuldades, tempo e vigilias, que aos olhos de muitos mal seriam compensados pelo resultado. O zêlo e applicação do habil e laborioso paleographo o sr. João Pedro da Costa Basto sobresahiram n'estas arduas indagações com a vantagem costumada, á qual a sua modestia realça o merecimento.

Ácerca da orthographia e da pontuação ocioso fôra repetir o que exposemos nas linhas, que precedem o Tomo I do *Corpo Diplomatico*. Ahi encontrará o leitor o que julgámos indispensavel inculcar, tanto em referencia ao plano e ao methodo da obra, como á sua execução. O favor com que o Tomo I foi acolhido no paiz, e fóra delle, devido sómente a pura benevolencia, prova, comtudo, a estima e applauso, com que a Europa abre hoje toda os braços a commettimentos d'esta indole e se compraz em os animar.

Lisboa, 30 de maio de 1865.

Digitized by Google

Digitized by Google

CORPO DIPLOMATICO PORTUGUEZ

RELAÇÕES COM A CURIA ROMANA

REINADO DE D. MANUEL

Digitized by Google

Digitized by Google

CORPO DIPLOMATICO PORTUGUEZ

RELAÇÕES COM A CURIA ROMANA

Breve do Papa Leão X, dirigido a el-Rei.

1518 — Março 4.

Leo papa x charissime in christo fili noster salutem et apostolicam benedictionem.

Cum ex litteris charissimorum in Christo filiorum nostrorum Maximiliani electi Romanorum Imperatoris semper Augusti, et Francisci Francorum Regis Christianissimi, et Caroli Hispaniarum Regis Catholici, nouissime receptis, eximiam eorum ac praestantem in Deum et Dominum nostrum curam et pietatem plane cognouerimus, qui quidem, tum habitis super capienda contra fidei nostrae hostes expeditione maturis consiliis et deliberationibus, tum omnes suas vires, opes, seque ipsos ad tam pium tamque sanctum opus magnis animis illustrique ardore pollicendo, tum uero etiam ut inter Christianos Principes pacem induciasue constitueremus nos pie prudenterque hortando, omnem nostram de illis spem expectationemque impleuerunt. Egimus Deo gratias quod hoc ipso pene supremo (nisi obuiam imminenti periculo eatur) christianae reipublicae tempore tantam esse et tam paratam subueniendi communi saluti, quasi quodam celesti beneficio et munere suae sanctae fidei oblato, eorum uoluntа-

Digitized by Google

tem propensionem alacritatemque uoluerit; Speramus enim propediem fore ut, adiuncta cum iis tua etiam diligentia, cura, animi ardore, opibus, viribus, in quibus quidem Maiestatis tuae itidem litteris, instructionibus, hortationibusque, oratorisque tui sermonibus maxime erecti multum spei nostrae posuimus, caeterorumque item Principum, Regumque Christianorum auxiliis, qui nobis ea iam pollicentur, accedentibus, teterrimi hostes nostri, qui nos nostris sedibus exturbare cogitant, in suis ipsi sedibus nostra arma vexillaque et crucis sanctissimae signa capti oppressique intuebantur. Itaque, cum venerabilibus fratribus nostris sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalibus re mature considerata, adhibitis etiam tuo caeterorumque Principum Oratoribus, Primum quod quidem ad pecuniarum cogendarum rationem pertinet, quae post Dei opem et Principum concordiam maxime sunt utiles et necessariae, ex cunctorum consiliis collectam ac praecipue ex Caesareae Maiestatis diligenti et enucleata cogitatione confectam summam, paucis mutatis ad tuam Maiestatem in scedula seorsum his adiuncta tuo pariter iudicio mittimus pensitandam ut quod abs te fuerit approbatum, id quam celerrime ad nos referatur executioni mandandum. Deinde quod attinet ad pacem aut inducias inter Christianos Principes constituendas eas nos tua, de qua nobis significasti, caeterorumque Principum omnium simili, ut ex eorum litteris instructionibusque perspeximus, in eam rem uoluntate adducti, quinquennales inducias indiximus, easque sumus ad paucos dies supplicationibus publice habitis, tanquam Deo ipso teste, inter missarum solemnia in publicum edituri, prorsus agnoscentes hanc discensionum qualencunque intermissionem primum ac praecipuum esse illius sanctissimi belli fundamentum. Quo uero hae res expeditiorem deliberationem habeant, et maiori auctoritate diligentiaque tractentur, Legatos de Latere ex venerabilium fratrum nostrorum numero ad Reges omnes mittere decreuimus, non ulla alia praeditos facultate nisi hac una cura meditationeque ut ad effectionem huius maxime praeclari gloriosique operis noctes et dies, studio, assiduitate, vigiliisque intendant ut, quod Deo inspirante bene ceptum est, id nostra, quoad licitum erit, diligentia, tuae Maiestatis virtute magnitudineque animi, caeterorum etiam Regum et Principum piis promptisque studiis, ad optatissimum finem deducatur. In quo, quantum inter homines celebritatis et gloriae sempiternae acquiretur, tantum in Coelo meriti ad fruendam immortalitatem comparabitur.

Digitized by Google

Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub Annulo piscatoris, die IIII Martii MDXVIII, Pontificatus nostri Anno Quinto. — *Bembus* [1].

Breve do Papa Leão X, dirigido a el-Rei.

1518 — Março 9.

Leo papa x Charissime in christo fili noster salutem et apostolicam benedictionem.

Nuper Monasterium sancti Tyrsi de Ribadauia, ordinis Sancti Benedicti, certo modo uacans Dilecto filio nostro Julio, tituli Sancti Laurentii in Damaso presbitero Cardinali de medicis, Sancte romane Ecclesie Vice Cancellario, nostro secundum Carnem fratri Consobrino, Motu proprio auctoritate apostolica commendauimus; et deinde Monasterium ipsum, per cessionem dicti Julii Cardinalis in manibus nostris sponte et libere factam iterum uacans, Dilecto filio Michaeli de Silua, Maiestatis Tue apud nos Oratori, motu et auctoritate similibus etiam commendauimus, in quo Animaduertentes prouisioni de uno Monasterio Consistoriali primo uacaturo Dilecto filio Emanueli Norogna, Camerario et familiari nostro, per nos faciende non parum preiudicari, duximus opere pretium esse indemnitati ipsius ea in re opportune prouidere: eidem itaque per alias nostras in forma breuis litteras ad unum ex Monasteriis uel Prioratibus in Regnis Tuis primo uacaturum, quod prefatus Emanuel, infra mensem a die illius uacationis computandum, per se uel procuratorem acceptandum duxerit liberum accessum ita concessimus ut illius corporalem possessionem, cum primum uacauerit, propria auctoritate apprehendere possit, Decernentes huiusmodi litteras uim ualide et efficacis commende obtinere, eundemque Emanuelem, absque alia de huiusmodi Monasterio uel Prioratu sibi de nouo facienda Commenda, libere et licite retinere posse, prout in dictis litteris plenius continetur. Cum autem postmodum Maiestati Tue concessimus ut ad quecumque Monasteria Ditionis Tue cuiusuis ordinis, occurrente illorum uacatione, quasuis personas presentare libere et licite possis, et eadem

[1] ARCH. NAC., Maç. 34 de Bullas, n.° 16.

Digitized by Google

die, ne ab aliquibus dubitaretur an per huiusmodi facultatem presentandi tibi, ut praefertur, concessam effectus predicte gratie prefato Emanueli concesse impediretur, per alias nostras, etiam in forma breuis, litteras declarauimus mentis et intentionis nostre semper fuisse et esse per dictam facultatem aut alio quouis modo nullatenus impediri posse, per inde ac si dicta facultas tibi, ut praefertur, concessa a nobis non emanasset. Quocirca Maiestatem Tuam hortamur in domino et enixe requirimus ut, occurrente uacatione alicuius Monasterii uel Prioratus, quod prefatus Emanuel infra mensem, ut praefertur, acceptauerit, neminem ad illud presentes; sed eiusdem possessionem dicto Emanueli, uel eius ad hoc legitimo procuratori, tradi et assignari mandes et facias cum effectu, quandoquidem eidem Emanueli in huiusmodi Monasterio uel Prioratu, cum primum illud uacare contigerit, ex nunc prout ex tunc ius plenissime acquisitum existat, atque de Tali Monasterio stante concessione nostra accessus huiusmodi nemo quauis auctoritate disponere potest; Mentis enim nostre nunquam fuit per quasuis regulas siue constitutiones nostras in Cancellaria apostolica publicatas gratiam eiusmodi Emanueli concessam modo ullo reuocare, aut eam aliqua ex parte abrogare, Sed illa in suo robore continue ut permaneret. Quod si Maiestas Tua, ut speramus, effecerit, erit iustum et honestum, Tuaque benignitate et amplitudine dignum, nobis uero quam gratissimum, et in eo ipso prefatum Emanuelem, qui ut tibi ac Dilecto filio nostro Alfonso Diacono Cardinali Nato tuo, ad quem Galerum Cardinalatus insigne de Commissione nostra defert, diligenter inseruiat totam pene Europam peragraturus est, grato cumulabis beneficio. Expectabimus itaque ut quod Maiestas Tua in premissis factura est nobis per suas litteras significet, ut prefatus Emanuel fore se uoti compotem scire certo possit.

Datum Rome apud Sanctum petrum, sub Annulo Piscatoris, Die VIIII Martii MDXVIII, Pontificatus Nostri Anno Quinto. — *Bembus* [1].

[1] ARCH. NAC., Maç. 29 de Bullas, n.° 24.

Digitized by Google

Breve do Papa Leão X, dirigido ao Arcebispo de Lisboa e aos Bispos de Lamego e do Funchal.

1518—Março 10.

Leo Papa x Venerabiles fratres salutem et apostolicam benedictionem.

Cum nuper respicientes ad singularem optimamque indolem uirtutum et deuotionis erga nos et sanctam apostolicam sedem Dilecti filii nostri Alfonsi, Sancte Romane Ecclesie diaconi Cardinalis de Portugallia, Charissimi in christo filii nostri Emanuelis Portugallie et Algarbiorum Regis illustris Nati, rationibus quoque dicte Sedis ita conducere arbitrantes, tum im primis Rege ipso instante atque intercedente, eundem Alfonsum licet in Tenera admodum etate constitutum, de Venerabilium fratrum nostrorum Sancte romane ecclesie Cardinalium unanimi consensu, ad Cardinalatus honorem et dignitatem, cum primum Decimum octauum sue etatis Annum attigerit, auctore Domino prouexerimus, eorundemque dicte Ecclesie Cardinalium Collegio aggregauerimus: Nos eundem Alfonsum Cardinalem, cuius personam paterno atque intimo affectu charitatis nostre prosequimur, Ne quid ad nostri in eum beneficii cumulatam gratiam desit, debitis honoris titulis atque insignibus decorare uolentes, Pileum huius amplissime dignitatis insigne per Dilectum filium Emanuelem Norogna, familiarem et Cubicularium nostrum secretum, ad eum im presentia transmittimus, per uos aut aliquem ex uobis nostro nomine solemniter, et qua decet reuerentia et deuotione, ipsius Capiti, cum primum XVIII annum, ut praefertur, attigerit, etiam si nos ex hac uita decesisse contigerit, imponendum. Vt igitur res dum tempus aduenerit debita honorificentia procedat, Volumus et fraternitati uestre committimus et mandamus ut uos, seu aliquis uestrum, aliqua dominica uel alia solemni die, conuocatis etiam aliis prelatis, proceribus et procomitibus ac nobilibus, quos in Ciuitate, in qua pileum ipsum capiti eius imponetis, esse contigerit, Missa in pontificalibus per aliquem ex uobis, seu alium Antistitem

Digitized by Google

aut presbiterum, quod missam huiusmodi de mandato nostro celebrauerit, celebrata, et prestito per eundem Alfonsum Cardinalem et per uos nostro et ipsius romane ecclesie nomine recepto fidelitatis iuramento iuxta formam presentibus insertam, eodemque conuenienter premonito ad quam excellentem dignitatem sit sublimatus, et qualem ipsum esse conueniet, quid denique designetur per pileum purpureum singularem Cardinalatus insigne, peractis demum Cerimoniis seruari solitis ad laudem et gloriam omnipotentis Dei et ecclesie ipsius incrementum, prefatum pileum nostro et apostolice sedis nomine ipsi Alfonso Cardinali, cum, ut prefertur, ad decimum octauum sue etatis Annum peruenerit, etiam si nos uita functi fuerimus, assignetis et eius capiti imponatis. Formam uero Juramenti prefati prestandi per eum uobis per ipsius patentes litteras sub sigillo signatas per proprium Nuntium statim destinare curabitis; Cuius Tenor sequitur et est talis : — Ego Alfonsus de Portugallia, Sancte Lucie in Septem solio sancte romane ecclesie Diaconus Cardinalis, promitto et iuro quod ab hac hora in antea, quamdiu uixero, fidelis et obediens ero Beato Petro sancteque et apostolice Romane Ecclesie et Domino nostro Domino Leoni Diuina prouidentia pape deximo, suisque successoribus canonice intrantibus. Non ero in Consilio aut facto ut uitam perdant, aut membrum, uel capiantur mala captione, aut in eos manus uiolenter inferantur, uel iniurie alique inferantur, quouis quesito colore. Consilium uero quod mihi crediturі sunt per se aut Nuntios suos siue litteras ad eorum damnum scienter nemini pandam siue manifestabo. Papatum Romanum et regalia Sancti Petri adiutor eis ero ad retinendum, defendendum et recuperandum, saluo meo ordine, contra omnem hominem. Honorem et statum eorum quantum in me fuerit conseruabo, ipsisque adherebo et pro posse fauebo. Legatos et Nuntios sedis apostolice in Terris ecclesiarum, Monasteriorum, et aliorum beneficiorum mihi Commissorum suscipiam, dirigam et defendam, ipsisque securum Ducatum prestabo, ac in eundo et stando et redeundo honorifice tractabo, eosdemque in suis necessitatibus iuuabo, nec in quantum in me erit permittam eis aliquam iniuriam inferri uel fieri, et omnes quicumque contra premissa uel eorum aliquod conarentur aliquid tentare quantum potero oppugnabo, eosque proposse impediam. Offensiones et damna domini nostri Leonis Pape et successorum predictorum ac Ecclesie euitabo, eorumque iura conseruare, augere et defendere, ac promouere curabo. Non ero in Consilio uel facto

Digitized by Google

seu tractu, in quibus contra ipsum dominum Papam, aut Successores predictos, uel eandem Romanam Ecclesiam aliqua sinistra uel preiudicialia personarum iuris, honoris, status uel potestatis eorum machinentur. Et si talia a quibuscumque procurari nouero, uel tractari, ea impediam pro posse, et quantociens potero significabo eidem domino nostro Pape, uel successoribus predictis; ubi uero id ore significare non potero, intimabo alteri, per quem possit ad ipsorum notitiam peruenire. Regulas Sanctorum patrum et decreta, ordinationes, dispensationes, reseruationes, prouisiones et mandata apostolica totis uiribus obseruabo, et faciam ab aliis obseruari. Hereticos, Scismaticos, Rebelles eidem domino nostro Pape et successoribus predictis pro posse persequar et impugnabo. Vocatus ex quacumque causa ad eos accedam, nisi prepeditus fuero canonica prepeditione, eisque reuerentiam et obedientiam debitas exhibebo et prestabo, ac in executione pontificalis officii Coadiutor eis ero. Possessiones et Ecclesias, Monasteria, beneficia et loca omnia, quibuscumque nunc presum quouismodo et in posterum me preesse contigerit pertinentes, non uendam, neque donabo, aut oppignorabo, uel de nouo infeudabo, seu aliqua ratione alienabo, inconsulto Romano pontifice, aut sine Consensum Capitulorum seu Conuentuum Ecclesiarum uel Monasteriorum eorundem. Sic me deus adiuuet et hec Sancta Dei euangelia.

Datum Rome apud sanctum Petrum, sub Annulo Piscatoris, Die Decima Martii MDXVIII, Pontificatus Nostri Anno Quinto. — *Bembus* [1].

Breve do Papa Leão X, dirigido a el-Rei.

1518—Março 21.

Leo papa x Charissime in christo fili noster salutem et apostolicam benedictionem.

Cum maiestas tua suis *(sic)* litteris non solum expeditionem contra communem fidei nostrae hostem Turcarum Tirannum per nos indictam, ac instructionem super tota gerendi belli ratione, ac pace catholicorum Re-

[1] ARCH. NAC., Maç. 31 de Bullas, n.° 18.

Digitized by Google

gum et Principum firmanda, per nos ad eosdem Reges et Principes missam, laudaret, seque eidem Tiranno bellum inferre, et cum aliis Principibus in hoc concordare paratam ostenderet, idemque caeteri Reges et Principes eorum litteris nobis significarent, atque omnis dilatio pernitiosa esse solet, Consilium non solum expeditissimum sed etiam necessarium cum venerabilibus fratribus nostris sanctae Romanae ecclesiae Cardinalibus cepimus, constituendas scilicet esse pro hac sancta expeditione ad aliquot annos inter charissimum in Christo filium nostrum Maximilianum Imperatorem electum, et alios Reges et Principes ac Potentatus Christianos, saltem Treugas et Inducias. Itaque illas de eorundem fratrum consilio ad quinquennium in di.....us[1], easque dicto quinquennio per eos sub certis poenis seruari debere decreuimus, et eas in ecclesia beatae Mariae de Minerua de vrbe, celebrata per unum a dictis Cardinalibus missa spiritus sancti, habitaque oratione per dilectum filium Jacob..... oletum electum Carpentoratensem, Secretarium nostrum, in qua nos et praefati Cardinales, facta prius solemni processione, interfuimus, magna Prelatorum et populi frequentia, per dilectum filium nostrum Alexandrum sancti Eustachii Diaconum Cardinalem publicari fecimus. Licet autem eas per omnes Reges et Principes ac Potentatus ratificari speremus, propter literas, quas ad nos scribunt, quibus in hanc expeditionem multa liberaliter ac amplo animo pollicentur ; tamen per presentes Maiestatem tuam quanto possumus studio cohortamur in Domino et attente requirimus, et per viscera Saluatoris nostri rogamus, ut iuducias et treugas per nos.... ctas ac literas nostras desuper confectas prompto animo ratificare uelit, ut exemplo suo reliqui Reges et Principes ad hoc ipsum excitentur et inducantur, ut illis ratificatis sine ulla mora et dilatione quae ad bellum ipsum necessaria sunt..... executioni demandari possint. Erit hoc nobis, qui non solum facultates omnes nostras sed personam nostram et vitam denique ipsam, si opus sit, pro communi fidelium salute parati sumus exponere, iucundissimum, tuae uero M..... et christianae reipublicae salutare.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub Annulo piscatoris, die XXI Martii MDXVIII, Pontificatus nostri anno Sexto. — *Bembus* [2].

[1] *Os pontos indicam que o original está roto ou illegivel.*

[2] ARCH. NAC., Maç. 29 de Bullas, n.º 18.

Digitized by Google

Bulla do Papa Leão X, dirigida a el-Rei.

1518—Maio 3.

Leo episcopus seruus seruorum dei Carissimo in christo filio nostro Emanueli Portugalie et Algarbiorum Regi Illustri Salutem et apostolicam benedictionem.

Uidimus que super Henrici, Carissimi in christo filii nostri Johannis in Ethiopia Regis Maninconghi Illustris nati, in Episcopum promotione ad nos Maiestas tua scripsit. Etsi ea, que a nobis et hac sancta sede petis, sint ex numero illorum, que cum difficultate concedi consueuerunt, examinatis tamen diligenter causis, quas tuis insinuasti litteris, Oratorque tuus qui hominem probe nouit nobis etiam retulit, quanta cum instantia pro fidei Catholice exaltatione atque Zelo id a nobis postulas, considerantes, Tandem, non sine aliqua difficultate, Venerabiles fratres nostros in sententiam nostram traximus, ea potissimum ratione, ut promotionem hanc ad eiusdem fidei nostre propagationem plurimum profuturam speremus, Cum mores uitam et doctrinam eiusdem promoti tales esse percipiamus ut alios ad agnitionem fidei trahere et inducere, idque verbo pariter et opere efficere ualeat, congruum et oportunum fore censemus, ut aliquos Viros in sacra theologia et Jure Canonico peritos in sotios ei adiungas, ut eius doctrina magis in domino stabiliatur et firmetur, ad suam et aliorum salutem atque profectum, Et ita ei de Maiestatis tue aut Genitoris sui honestis prouentibus prouidere curabit ut dignitatem pontificalem sicut decet retinere valeat.

Datum Rome apud Sanctum petrum Anno Incarnationis dominice Millesimo quingentesimo decimo octauo, Quinto Nonas Maii, Pontificatus nostri Anno Sexto. — *Ia. Sadoletus* [1].

[1] Arch. Nac., Maç. 21 de Bullas, n.° 9.

Digitized by Google

Despachos para D. Miguel da Silva.

1518—Maio 29.

Dom miguell nos elRey vos emviamos muito saudar.

Despois que el Rey de castella etc. meu muito amado e preçado irmaão e sobrinho foy em seus reynos, emviando nós aluaro da costa noso camareiro a vesytallo, se ofereceo lhe ser lá falado em casamento da Ifante dona lianor sua irmaã comnosquo. E por nos parecer pellos impidimentos que avia, e ate agora ha nos casamentos de meus filhos, que ysto serya cousa de que noso senhor podia ser muyto seruido, bem e aseseguo das cousas d amtre nosos Reynos e os de castella, postoque pera serem sempre postas em muita conseruaçam d amor, amizade, paz e aseseguo, ouuese tanta rezam como sem yso ha, quysemos niso entender e aceitar o quamto da parte de lá nos foy fallado e requerido; e amdou o negocio tamto que prouue a noso senhor de se tomar nelle conclusam, e estamos acertado de casar com ha dita Ifante dona lianor, e o contrauto diso fyrmado e asemtado, e pera sermos com ella Recebido por pallauras de presente com dispensaçam do santo padre, que pera ello se Requere e he necesaria, por bem do diuido e parentesquo que amtre nós ha, e por bem da capitollaçam e asento diso, somos nós obrigado aver a dita dispensaçam: pello qual vos encomendamos e mandamos que loguo na ora que esta vos for dada vaades ao samto padre, e de nosa parte lhe fazee Relaçam deste caso, e lhe dizee que por vermos que noso senhor serya disto muyto seruido, e a paz e amizade d amtre nós e o dito Rey meu irmaão e sobrinho e nosos Reynos e os seus mais conseruada, mais que por outro alguum respeito, folgámos de entender neste casamento pera que fomos Requerido quando pera outras cousas se nos apresentaram gramdes impidimentos, e que estamos acertado e concertado no modo que dito he. E que pera efeyto diso, por outra cousa nam fallecer, pidimos a sua santidade muyto por merce que nos queyra comceder e dar a sua dispensaçam em forma diuida, com a qual de todo se concluda e acabe com a graça de noso senhor, e pera tanto seu seruiço como elle sabe

Digitized by Google

que nós desejamos: a qual dispensaçam venha liuremente por bulla de sua santidade com todas as clausullas de derogaçam que em caso semelhante se Requere, e de modo que se nom posa ca oferecer impidimento allguum, e sem vyr dirigida a nenhuum juiz nem juizes apostolicos, soomente sua santidade liuremente dispensar pera este casamento d antre nós e a dita Ifante dona lianor se poder fazer. E se pella ventura de necesidade comviese ser pera iso nomeado e decrarado juiz ou juizes, em tall caso seja o bispo de cyguença soomente; na qual cousa e expidiçam vos encomemdamos e mamdamos que ponhaes a maior diligencia que vos seja posyvel, e com o maior segredo que se posa, porque se nom posa oferecer impidimento alguum: e como for avida e espedida a bulla a despachay e emviay por coreo vollante a aluaro da costa noso camareiro e embaixador á corte delRey de castella meu irmão e sobrinho, pera logo per vertude da dita dispensaçam, e pello poder noso que pera yso tem, sermos Recebido por pallauras de presente com a dita Ifante: a qual dispensaçam emviay por duas vias, porque venha a mais certo Recado, e ambas por correo volante e que pasem a maior presa que seja posyuel, com os quaes fazee a despesa que vos bem parecer pera com grandixima presa pasarem: e para esta expidiçam vos emviamos agora credito de cruzados posto que nos pareça que muy menos custará; e quando pella ventura mais se ouuese mester, que nam cremos, entam de qualquer dinheiro noso que lá teuerdes tomarês o comprymento do que se ouuer mester; e nom abastando o que tiuerdes, ho tomay lá em qualquer banco onde mais prestes ho poderdes aver o mais com noso seruiço que poderdes, e até oito ou dez mill cruzados, se tanto se ouuer mester despender niso, pera todauya logo a gram presa a dita dispensaçam emviardes ao dito aluaro da costa, como dito he, ainda que nos parece que por muy menos dinheiro se fará a dita expidiçam, pero pera mais abastança fazemos esta diligencia pera se nom perder nisto tempo allguum, e por voso asynado mandaremos logo cá pagar o que asy pera iso mais tomardes. E vós, como sempre nos seruis tanto a noso prazer, vêde se isto se pode fazer gratis, ou ao menos com pouca cousa, porque aimda que tam larga comisam vos deemos, emtam nos seruirês mais, e direes a sua santidade que muy certo somos que com as cousas que sam de noso prazer e contentamento Recebe sempre muyto prazer, e que nom menos esperamos que asy o Receba desta em que principallmente teue-

Digitized by Google

mos e temos Respeito a ser noso senhor seruido, e as cousas de nosos Reynos conseruadas em tanto aseseguo e descanso como deus sabe, e que sempre ho procuramos e desejamos, e tambem porque desta, prazemdo a elle, esperamos que se sygam outras obras, que sejam ainda pera maiores seruiços de noso senhor, e descanso e aseseguo de toda espanha, e ainda d outras partes, com que avemos por muyto certo que sua santidade Receberá muito contentamento; com todas outras booas pallauras que vós vyrdes a este proposito, as quaes leixamos a vós: e pera se fazer gratys esta dispemsaçam, ou ao menos por pouco, vos aproueitay das palauras que sua santidade vos dise quando nas outras dispensações lhe fallastes, segundo nos spreuestes. Esta cousa importa e Releua tanto a noso seruiço como veedes, nem ha outra cousa que falleça pera de todo se concludir e acabar, e por tanto fazê o com tall diligencia e cuidado como ha necesidade do negocio o Requere, e como de vós o confiamos e com gramde presa o despachay, e emviay as bullas a aluaro da costa e por duas vias como dizeemos, e beem veedes a sustancia do que este negocio he e quanto importa, e por tanto fazee o que comveem, pois nenhuum outro lhe pode ser semelhauel, nem que tanto cumpra a noso seruiço. Sprita.....

Muito santo yn christo padre e muito bem aventurado senhor, o voso deuoto e obediente filho dom manuel etc. com toda umildade emvio bejar seus santos pees.

Muito santo yn christo padre e muyto bem aventurado senhor, nós spreueemos a dom miguell da sylua, noso embaixador, que de nosa parte falle ha vosa santidade allguumas cousas, que muyto nos tocam e relleuam, como compridamente lhe dirá. Sopricamos e pidimos muito por merce a vosa santidade que ho queyra ouuir e lhe dar inteira fee e crença, e nosa sopricaçam comceder e mandar despachar com aquele amor e booa vontade, que pera todas nosas cousas sempre nos mostrou e conhecemos, e em muy syngullar merce ho Receberemos de vosa santidade. Muyto santo yn christo padre e muyto bem aventurado senhor, noso senhor deus por muytos tempos conserve vosa santidade a seu santo seruiço. Sprita.....[1]

[1] *Minutas sem data no* Arch. Nac., Gav. 15, Maç. 12, n.º 12. *No verso da ultima pagina tem a cota seguinte:* «que foy a dom miguel sobre a dispensaçam pera o casa-

Digitized by Google

Breve do Papa Leão X, dirigido ao Bispo de Lamego Capellão-mór.

1518—Junho 12.

Leo papa x Venerabilis frater salutem et apostolicam benedictionem.

Exponi nobis nuper fecit Charissimus in christo filius noster Emanuel, Portugalie et Algarbiorum Rex Illustris, quod licet ecclesiasticae censurae aculeus clericis contra laicos, non ad laicorum offensam, sed ad clericorum a laicis pro tempore oppressorum patrocinium, sit a iure concessus, Nihilominus tanta in Regno Portugaliae et Dominiis illi subiectis, ab aliquo tempore citra, personarum ecclesiasticarum iurisdictionem habentium creuit aduersus laicos licentia et audacia, ut etiam nobiles, et Ciuitatum ac Prouinciarum regimini praesidentes, censura huiusmodi pro leuibus et minimis quibusque causis lacessere, eosque illa innodare, et pro talibus publice nunciare; Sicque eorum iurisdictionis exercitium impedire, cum populorum, quibus illi iustitiae ministrandae curam gerunt, iactura, et animarum perturbatione, passim praesumant, et nisi per nos de aliquo oportuno remedio prouideatur necesse sit quod tam frequens, facilis et plerunque iniusta censurarum promulgatio contemptui habeatur, et quae ad spiritualis salutis medicinam sunt inuenta, ad illius palam uergant interitum, et graue aliquando in populis scandalum suscitetur: Quare dictus Emanuel Rex nobis fecit humiliter supplicari ut in praemissis aliquod oportunum remedium adhibere de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur, huiusmodi supplicationibus inclinati, Tibi, et qui pro tempore fuerit in Capella dicti Emanuelis Regis maior capellanus, qui etiam, ut idem Rex asserit, Judex est ordinarius familiarium et curialium ipsius Emanuelis Regis, de quorum numero pro maiori parte Rectores, correctores nuncupati prouinciarum et Ciuitatum huiusmodi exis-

mento delRey com a Ifante dona lianor. De lixboa a xxix dias de maio 1518.» *Parece comtudo que só foi expedida a 31 de maio. Vide a carta de D. Miguel da Silva de 15 de junho d'este anno.*

Digitized by Google

tunt, in omnibus causis ad forum ecclesiasticum pertinentibus per sedem apostolicam deputatus, de ualiditate uel nullitate censurarum et poenarum ecclesiasticarum per quoscumque locorum ordinarios, Judices et Commissarios in aliquem uel aliquos ex modernis, et pro tempore existentibus Prouinciarum et Ciuitatum Rectoribus huiusmodi uel aliis Regiis Commissariis, Foraneis nuncupatis, seu eorum ministris pro tempore promulgatarum, tam per uiam appellationis, quam simplicis querelae cognoscendi, et appellatione remota eas si iuste reppereris esse latas obseruari faciendi, sin minus relaxandi, et dum coram te cognitio pependerit, ne interim dictorum Rectorum in iuredicendo et iustitia ministranda populis eorum regimini commissis officium cesset, censurarum earundem effectum recepta in forma iuris idonea cautione de eius mandatis parendo suspendendi, et sub similibus censuris et aliis etiam pecuniariis poenis quibusuis Judicibus et personis inhibendi et brachium seculare contra inobedientes inuocandi, et in praemissis etiam per edictum publicum constito *(sic)* tibi et dicto pro tempore existenti maiori Capellano de non tuto acessu procedendi; ac alia omnia et singula in eisdem praemissis et circa ea quomodolibet oportuna faciendi, gerendi et exequendi, apostolica auctoritate tenore presentium plenam et liberam concedimus facultatem : Non obstantibus foelicis recordationis Bonifatii pape VIII praedecessoris nostri, qua cauetur ne aliquis extra suam ciuitatem et diocesem, nisi in certis ibi exceptis casibus, et in illis ultra unam dietam a fine suae Diocesis ad iudicium euocetur, seu ne Judices a sede praedicta deputati extra Ciuitatem uel Diocesem, in quibus deputati fuerint, contra quoscunque procedere, aut ali uel aliis uices suas committere presumant, et de duabus dietis in concilio generali editis ac aliis apostolicis constitutionibus et ordinationibus, caeterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub Annulo piscatoris, Die XII Junii MDXVIII, Pontificatus nostri Anno Sexto. — *Jo. de Roma* [1].

[1] ARCH. NAC., Maç. 20 de Bullas, n.° 43.

Digitized by Google

Bulla do Papa Leão X, dirigida a el-Rei.

1518—Junho 12.

Leo episcopus seruus seruorum dei Carissimo in christo filio Emanuel Portugalie et Algarbiorum Regi Illustri Salutem et apostolicam benedictionem.

Exponi nobis nuper fecisti quod ab aliquot citra annis Ethiopes, Indi, Affrique, numero satis celebri, in Ciuitate Vlixbonense se conferunt et in ea diuino afflati spiritu Baptismi accipiunt sacramentum, et tue Maiestatis opera et cura in Orthodoxe fidei cultu et diuinorum preceptorum obseruantia instruuntur, Quorum multi adeo in fide constantes, et in christiano dogmate periti euadunt, vt eorum doctrina et exemplo in prouintiis vnde originem ducunt prodesse aliis plurimum possint, Et propterea desideras aliquos ex dictis Ethiopibus, Indis, atque affris, sic ad fidem conuersis et in ea instructis et doctis, in Ethiopiam et prouintias e quibus sunt oriundi ad predicandum ibi verbum dei et Euangelicam disciplinam remittere, et ut huiusmodi predicationis Officium inter suos maioris dignitatis et auctoritatis existat, et efficatiores in auditorum animos effectus producat, ipsos antequam e dicta Ciuitate discedant, sacerdotio insigniri ; Quare nobis fecisti humiliter supplicari ut tuis uotis in hac parte fauorabiliter annuere de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur, huiusmodi supplicationibus inclinati, Venerabili fratri nostro Episcopo Lamacensi moderno, et qui pro tempore fuerit tue et pro tempore existentis Portugalie et Algarbiorum Regis Capelle Maiori Capellano, qui plerumque, ut asseris, Archiepiscopus uel Episcopus esse solet, uel alii cuicunque Antistiti gratiam et communionem apostolice sedis habenti, quem tu et pro tempore existens Rex ad hoc duxeris pro tempore spetialiter nominandum, cum dictis Ethiopibus atque Affris et Indis, ac aliis quibuscunque a Mahumetis et ceterorum paganorum atque infidelium sectis ad christiane Religionis cultum conuersis hactenus et in posterum conuertendis, et in eadem religione sufficienter instructis et alias idoneis, in dicta et quauis alia Regni Portugalie Ciuitate pro tempore residentibus

Digitized by Google

seu ad eorum Prouintias redire uolentibus, Non obstantibus natalium defectu, siquem patiantur, et quod nullum beneficium ecclesiasticum uel patrimonium obtineant, ad omnes etiam sacros et presbiteratus ordines promoueri ; et postquam promoti fuerint in Africa, Athiopia atque India, aliisque partibus infidelium, ubi nulle parochiales existunt ecclesie, personis ibi ad fidem conuersis et conuertendis, quandiu propriis caruerint parochianis, Missas celebrare, et ecclesiastica omnia sacramenta ministrare libere et licite possint, dispensandi, eisque etiam extra tempora a iure statuta quibusuis Tribus diebus Dominicis uel festiuis Ordines conferendi apostolica auctoritate tenore presentium plenam et liberam concedimus facultatem : Non obstantibus apostolicis ac in Prouintialibus et Sinodalibus Consiliis editis generalibus uel spetialibus Constitutionibus et ordinationibus, ceterisque contrariis quibuscunque.

Datum Rome apud Sanctum petrum Anno Incarnationis dominice Millesimo quingentesimo decimo octauo, Pridie Idus Junii, Pontificatus nostri Anno Sexto. — *Ia. Sadoletus* [1].

Carta de D. Miguel da Silva a el-Rei.

1518 — Junho 15.

Senhor. — Ho correo de xxxi de mayo [2], que veo sobre a dispensaçam, chegou aquy oje, que sam xv de junho, huuma ora ante manhaã, e em amanhecendo fuy com o papa e lhe dey a carta de Vosa Alteza, e sobre ella lhe disse tudo o que me mandou e me pareceo que compria pera mays breuidade do despacho, que esta parecya huuma das cousas que neste negocio mays Releuaua. Sua Santidade nam se espantou nada porque auia quatro dias ou cynquo que o nuncio lhe escreuera fumo disto, mas mostrou tanto prazer que cuydey certo que me auia de despachar tornando me em cyma dynheyro. Eu lhe disse a pressa que auia, e presteza que era bem eu per meu officio usar em semelhante caso : res-

[1] Arch. Nac., Maç. 29 de Bullas, n.° 17.

[2] *Vide as instrucções de 29 de maio.*

Digitized by Google

pondeo me que era contente, e que a dispensaçam se fizesse, mas que aparelhasse muytos mil ducados; e nysto se passaram tam longas altercações e palauras quantas eu pude dizer pera lhe mostrar que crya que Sua Santidade zombaua, e me queria fazer estymar mays a graça: pos se me Em falar de syso e pidia quinze mil ducados, e tam de syso mos pidia que me fazia medo. He escusado em tamanha pressa do correo dizer a Vossa Alteza todas as miudezas e dissimulações e manyncorias, que sobre esta materia passey pera serdes, senhor, milhor seruydo, que bem creo que crerá Vossa Alteza que desejaria Eu seruillo mays como m escreueo, que tanto mays o seruiria quanto por menos se fezesse. Per derradeyro, pondo se de todo em dez mil, tomey por milhor conselho fazer em tanto fazer a bulla e despoys tornar ao combate, e assy o fiz, e nam me party do paço ate que a minuta foy feyta, e fella Sanctiquatro; e a bulla escryta e plumbada, e nam me ficando senão auella, e sendo já noyte, e areceando o que sempre Em tamanhas cousas se ha d arrecear, me fuy outra vez ao papa onde, deyxando tudo o que se passou, per derradeyro deceo a quatro mil, jurando me de verdade que por menos huum real ha nam auia d auer, e dizendo me que lhe mostrasse a carta de Vossa Alteza e que me prometya de me quitar dous mil ducados da comissão que per ella me daua, e que este dynheyro tomaua nestas suas necessidades que eu sabia como emprestados, e que em graças os paguaria, e que sabia certo que Vossa Alteza aueria por bem ysto pollo tempo em que elle estaua. Eu, senhor, nam lhe podendo mostrar a carta que me tanto mays larga comissam daua, e vendo sua deliberaçam, e o peso do negocio, e a pressa que me Vossa Alteza dá em suas cartas, e arreceando os ventos cada momento de tardança, nam me pareceo deseruiço de Vossa Alteza aceytalla a bulla, e acerca da paga disse que eu nam tynha mays de tres mil; que aprouuesse a Sua Santidade os mil descontar da diuida que me deuya: foy disso contente, e assy ouue a bulla, a qual neste ponto mando haa corte de castella a aluaro da costa, como, senhor, mandays, com a mayor pressa que he possiuel: se for com tamanha presteza como aquy foy despachada e mandada, bem yrá, que nunqua se vyo em huum mesmo dia auer o correo e despachar bulla, e despachar outro. He obrigado a passar daquy a çaragoça em oyto dias, que he grande diligencia, e por lhe fazer fazer milagres lhe promety por cada hora dous ducados que aynda que elle pode ganhar muy poucas

Digitized by Google

aproueyta muyto pera nam perder nenhuma das obrigatorias. De çaragoça lhe mando que seja onde Vossa Alteza estiuer em sete dias pera que seja de tudo ysto auisado e veja como he seruido, de que peço perdão por não ser milhor, que nosso senhor, que me em todas as cousas de uosso seruiço ajuda, sabe que nem eu posso mays do que faço, nem posso leuar mays pena do que não faço da que leuo.

Em amanhecendo despacharey per outra via como manda, e Emtão direy o que despoys de feytas as amizades da composiçam passey com o papa, e o que me disse, e prazer que mostra cheo de mil grandes esperanças, as quais todas prazerá a nosso senhor que nam serão menos verdadeyras do que sam vossos merecymentos grandes ante elle; e a elle por sua misericordia prazerá dar tanta bemauenturança a este sancto casamento, e tanto assesego, e tam perlongados dias de uida quanto Vossa Alteza deseja e desejamos os que em vosso bem somos bemauenturados. Bejo as mãos de Vossa Alteza, cuja vida e Real estado nosso Senhor Deus guarde e prospere infyndo tempo.

De Roma a xv de Junho haa mea noyte 1518. — *Dom miguell da Sylua* [1].

Bulla do Papa Leão X, dirigida a el-Rei.

1518 — Junho 15.

Leo episcopus seruus seruorum dei Carissimo in christo filio Emanueli, Portugallie et Algarbiorum Regi Illustri, et dilecte in christo filie nobili mulieri Leonore, clare memorie Philippi Hispaniarum Regis Catholici nate, Salutem et apostolicam benedictionem.

Oblate nobis nuper pro parte vestra peticionis series continebat quod vos, videlicet, in christo fili Emanuel Rex, qui quondam Elisabet et Mariam sorores, et clare memorie Ferdinandi Regis et Elisabet Regine Castelle et Legionis Regnorum filias, vxores iam defunctas ex dispensatione apostolica habuisti, et in christo filia Leonora, que Carissime in christo

[1] Arch. Nac., Corpo Chron., Part. 1, Maç. 23, Doc. 62.

Digitized by Google

filie Johanne eorundem Regnorum Regine Catholice, et earundem vxorum sororis nata existis, ex certis rationabilibus causis desideratis inuicem matrimonialiter copulari; Sed quia duplici, Tertio, et forsan etiam duplici Quarto Consanguinitatis, ac similiter Secundo Affinitatis, ex eo proueniente quod tu in christo filia Leonora et Elisabet ac Maria vxores, dum vixerunt, Secundo Consanguinitatis gradibus eratis coniuncte, inuicem estis coniuncti, verum in hac parte desiderium adimplere non potestis dispensatione apostolica super hoc non obtenta: Quare pro parte vestra nobis fuit humiliter supplicatum vt vobis super hoc de oportune dispensationis gratia prouidere de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur, premissis et certis aliis nobis expositis huiusmodi supplicationibus inclinati, vobiscum, si est ita, Tuque in christo filia Leonora propter hoc rapta non fueris, vt predictis et forsan quibusuis aliis consanguinitatis vel affinitatis, citra tamen Secundum gradum, impedimentis consanguinitatis et affinitatis huiusmodi non obstantibus, Matrimonium inter vos contrahere, et in eo, postquam contractum fuerit, remanere, libere et licite valeatis: Constitutionibus et ordinationibus apostolicis, ac in Prouintialibus et Sinodalibus Conciliis editis generalibus vel specialibus, ceterisque contrariis nequaquam obstantibus, de specialis dono gratie dispensamus, Prolem ex huiusmodi Matrimonio suscipiendam legitimam nuntiando.

Datum Rome apud Sanctum petrum Anno Incarnationis dominice Millesimo quingentesimo decimo octauo, Decimo septimo Kalendas Julii, Pontificatus nostri Anno Sexto. — *Ia. Sadoletus* [1].

Breve do Papa Leão X, dirigido a el-Rei.

1518 — Setembro 30.

Leo pape x Charissime in christo fili noster Salutem et apostolicam benedictionem.

Dudum certis ex causis tunc expressis motu proprio tot Praeceptorias Militiae Jesu christi, cuius Magistratus perpetuus Administrator per

[1] Arch. Nac., Maç. 37 de Bullas, n.° 41.

Digitized by Google

Sedem apostolicam deputatus existis, quot tu infra Annum ex tunc computandum duceres exprimendas, perpetuo ereximus, et tantum a Monasteriis et Prioratibus tuorum Regnorum et Dominiorum de eorum bonis quantum ad summam vigintimillium Ducatorum, si iuxta formam ihi traditam fieri poterat, Alioquin a parrochialibus Ecclesiis per te nominandis, usque ad id quod ex dicta summa deesset, separauimus, et id totum dictis Praeceptoriis pro eorum dotibus perpetuo applicauimus. Et deinde, rationabilibus suadentibus causis, seperationem bonorum a Monasteriis et illorum applicationem huiusmodi cassauimus et annullauimus, et tot fructus, census, iura et emolumenta Parrochialium ecclesiarum in Regnis et Dominiis praedictis consistentium, et per te uel dilectum filium Ministrum Domus Sanctae Trinitatis Ulixbonensis, etiam infra Annum ex tunc computandum..... rum et declarandarum pr..... uel ad quot ascendebant fructus, redditus et prouentus bonorum a dictis Monasteriis, ut prefertur, seperatorum ab eisdem Parrochialibus Ecclesiis dimembrauimus, et dictis Praeceptoriis pro eorum dote pariformiter assignauimus; et successiue, tuis in ea parte supplicationibus inclinati, tot alias in eadem Militia Praeceptorias, quot Maiestati tuae infra alium Annum extunc etiam computandum uiderentur, etiam perpetuo instituimus, ac bona et iura quinquaginta parrochialium Ecclesiarum, quae de tuo iure patronatus existerent, et quas tu infra eundem Annum specificares, reseruata tamen pro singulis illarum Rectoribus saltem Sexaginta ducatorum portione annua, ab eisdem parrochialibus ecclesiis segregauimus, et dictis ultimoerectis Praeceptoriis pro earum dotibus concessimus et appropriauimus; Ac postmodum portionem praedictam sub certis modo et forma modificauimus, et alia uoluimus et ordinauimus, prout in diuersis nostris inde confectis litteris plenius continetur. Cum autem, sicut exponi nobis nuper fecit Maiestas tua, per inaduertentiam aut alias nondum praeceptorias seu earum numerum expresseris, nec tu nec dictus Minister parrochiales Ecclesias predictas specificaueritis et declaraueritis, et omnes termini tibi et dicto Ministro ad expressiones et declarationes huiusmodi respectiue faciendum praefixi sint iam elapsi, et propterea de dictarum erectionum et posteriorum dimembrationum et assi....., posset merito dubitari: Nos, quorum intentio ab initio fuit, prout est, quod erectiones et posteriores dimembrationes et assignationes huiusmodi locum uendicent, et iuxta dictarum litterarum tenorem sortiantur effectum, Motu simili et ex certa

Digitized by Google

nostra scientia ac potestatis plenitudine, declarationes, erectiones, et posteriores dimembrationes et assignationes praedictas, et alia quaecunque singularum litterarum praedictarum uigore alias illarum forma seruata gesta et disposita ualere pl..... roboris firmitatem obtinere .....sse et debere effectum sortiri in omnibus et per omnia, perinde ac si tu expressiones et declarationes praedictas infra dictos terminos fecessis, Dummodo illas facias infra Biennium..... tandum. Decern..... quaecumque propterea uiribus non euacuatas fuisse nec esse, ac ex nunc irritum et inane si secus super his a quoquam quauis auctoritate scienter uel ignoranter contigerit..... ceterisque contrariis quibuscunque.

Datum Viterbii, sub Annulo piscatoris, Die vltima Septembris MDXVIII, Pontificatus..... Anno Sexto [1].

Bulla dirigida ao Cardeal Infante D. Affonso.

1519—Fevereiro 28.

Leo episcopus seruus seruorum dei Dilecto filio Alfonso, sancte Lucie in Septem Soliis Diacono Cardinali, Salutem et apostolicam benedictionem.

Romani Pontificis prouidentia circunspecta ecclesiis singulis ut cum illarum vacatio occurrerit gubernatorum vtilium fulciantur presidio prospicit diligenter, et sancte Romane ecclesie Cardinalibus, quos in partem solicitudinis euocauit Altissimus pro eis incumbendis oneribus facilius supportandis, prout decens est et congruum, de subuentionis auxilio prouidet oportuno. Cum itaque hodie tu, qui alias tunc in minoribus et in octauo tue etatis Anno uel circa constitutus, ecclesie Egitaniensi, tunc certo modo uacanti, cum primum Vigesimum primum dicte etatis Annum attingeres, vsque ad vigesimum septimum eiusdem etatis Annum, Administrator in spiritualibus et temporalibus deputatus, et deinde in Episcopum et Pastorem prefectus ex tunc prout cum vigesimum primum et vi-

[1] ARCH. NAC., Maç. 34 de Bullas, n.° 27.

Digitized by Google

gesimum septimum Annos huiusmodi attigisses, et e contra, et dilectus filius Michael de Silua clericus Ulixbonensis, qui interim eidem ecclesie etiam in eisdem spiritualibus et temporalibus administrator constitutus, apostolica auctoritate fueratis regimini et administrationi dicte ecclesie in manibus nostris sponte et libere cesseritis, nosque cessiones ipsas tunc admittentes ecclesie predicte adhuc eo quo ante deputationem et constitutionem easdem vacauerat modo quem haberi uoluimus pro expresso pastoris solatio destitute, de persona dilecti filii Georgii Electi Egitaniensis de Fratrum nostrorum Consilio dicta auctoritate prouiderimus, ipsumque illi prefecerimus in Episcopum et Pastorem, curam et administrationem ipsius ecclesie sibi in spiritualibus et temporalibus plenarie committendo, prout in nostris inde confectis litteris plenius continetur. Nos tibi, qui Carissimi in christo filii nostri Emanuelis Portugallie et Algarbiorum Regis Illustris natus, et in vndecimo vel circa dicte etatis Anno constitutus existis, ne ex cessione tua huiusmodi nimium dispendium patiaris, ac vt statum tuum iuxta Cardinalatus exigentiam sublimitatis decentius tenere, et onera que te iugiter de necessitate subire oportet, facilius perferre valeas, de alicuius subuentionis auxilio prouidere volentes, Tibi quod dicto Georgio Electo cedente vel decedente, seu ecclesie predicte alias quomodolibet preesse desinente, et ipsa ecclesia alias quouismodo vacante, etiam apud sedem apostolicam, liceat tibi ad dictam ecclesiam tam tuarum prioris Constitutionis deputationis et prefectionis, quam presentium, quas vim valide et efficacis Administrationis obtinere decernimus vigore, liberum habere regressum accessum et ingressum, illiusque ac Regiminis et administrationis predictorum, necnon bonorum eiusdem ecclesie possessionem, uel quasi, per te, vel alium, seu alios, propria auctoritate libere aprehendere, et in administrationem in eisdem spiritualibus et temporalibus quoaduixeris, etiam vna cum sancte Lucie in Septem Soliis que denominatio tui Cardinalatus existit, ac omnibus et singulis aliis ecclesiis, Monasteriis, Prioratibus, preposituris, prepositatibus, Canonicatibus et prebendis, dignitatibus, personatibus, administrationibus, et officiis, ceterisque beneficiis ecclesiasticis cum cura et sine cura, secularibus, et quorumuis ordinum Regularibus, que ex quibusuis concessionibus et dispensationibus apostolicis in titulum, commendam, administrationem, vel alias obtines et im posterum obtinebis, ac pensionibus annuis, quas super quibusuis ecclesiasticis prouentibus tibi assignatas percipis, et percipies in

Digitized by Google

futurum, absque alia tibi ipsius ecclesie Egitaniensis in administrationem concessione retinere. Necnon debitis et consuetis Mense Episcopalis Egitaniensis supportatis oneribus, de residuis illius fructibus redditibus et prouentibus sicuti Episcopi Egitanienses, qui pro tempore fuerunt de illis disponere et ordinare potuerunt seu etiam debuerunt, Alienatione tamen quorumcunque bonorum immobilium et pretiosorum mobilium dicte Mense tibi penitus interdicta, disponere et ordinare auctoritate apostolica prefata earumdem tenore presentium de simili Consilio, et specialis dono gratie Indulgemus. Quocirca Venerabilibus fratribus nostris Asculanensi et Casertanensi ac Lamacensi Episcopis per apostolica scripta mandamus quatinus ipsi, uel Duo aut Unus eorum, per se, uel alium seu alios, faciant auctoritate nostra te iure et facultate regrediendi, accedendi et ingrediendi huiusmodi, et in ipsorum regressus, accessus et ingressus euentum regiminis et administrationis, ac bonorum predictorum possessione, uel quasi, pacifice frui et gaudere, non permittentes te per quoscunque desuper indebite molestari, Contradictores per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compescendo: Non obstantibus Constitutionibus et ordinationibus apostolicis, ac dicte ecclesie Juramento, confirmatione apostolica, uel quauis firmitate alia roboratis statutis et consuetudinibus, ceterisque contrariis quibuscunque. Aut si aliquibus communiter vel diuisim a dicta sit sede indultum quod interdici, suspendi uel excommunicari non possint, per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de Indulto huiusmodi mentionem. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre voluntatis, decreti, Indulti et mandati infringere, vel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attemptare presumpserit indignationem omnipotentis dei, ac beatorum Petri et Pauli, Apostolorum eius, se nouerit incursurum.

Datum Rome apud Sanctum petrum Anno Incarnationis dominice Millesimo quingentesimo decimo octauo, Septimo Kalendas Martii, Pontificatus nostri Anno Sexto. — *Bal.ar de piscia* [1].

[1] Arch. Nac., Maç. 29 de Bullas, n.° 5.

Digitized by Google

Bulla do Papa Leão X.

1519—Maio 27.

Leo episcopus seruus seruorum Dei ad perpetuam rei memoriam.

Pastoralis Officii cura nos admonet vt nostre prouisionis efficiatur ministerio quod ea, que pro votiua Ultimarum Voluntatum executione antiqua et laudabilis consuetudo introduxit, nulla temporum intercapedo diuertat, sed quibusuis impedimentis sublatis pristino vsui restituta debitos perpetuis futuris temporibus sortiantur effectus, presertim vbi id Catholicorum Principum vota deposcunt, et nos rerum qualitatibus mature discussis cognoscimus in domino salubriter expedire. Sane pro parte Carissimi in christo filii nostri Emanuelis, Portugallie et Algarbiorum Regis Illustris, nobis nuper exhibita petitio continebat quod licet de antiqua et approbata, et tanto tempore de cuius initio memoria hominum non existit, obseruata Consuetudine in Regno Portugallia certi Regii Officiales, Computatores Residuorum nuncupati, per singulas Prouintias pro tempore deputati, vna cum Archiepiscoporum et Episcoporum Prouintiarum earundem respective vicariis in spiritualibus generalibus, ab heredibus, vel Executoribus Testatorum in dictis Prouintiis pro tempore defunctorum post Annum et Diem, quo ipsi Testatores decesserint, et non ante, super Testamentorum et vltimarum voluntatum dictorum Testantium executione et implemento rationem et Computum exigere, et super acceptis rationibus Quietantias siue diffinitiones oportunas conficere soliti fuerint, et ex huiusmodi pia et laudabili Consuetudine successerit, vt omni fraude cessante honesta et pia Testantium desideria debito non caruerint effectu; Nichilominus ab aliquo tempore citra nonnulli dictorum Vicariorum prefatis Regiis officialibus in aliquo non vocatis solitum tempus preuenientes Computa et rationes ab heredibus et Testamentariis Executoribus exigere, et eis non sine ipsorum infamia, et quod cum illis fraudem aliquam machinentur suspitione, Quietantias et diffinitiones tradere presumpserunt,

Digitized by Google

et de presenti presumunt, ex quo in populis, qui rem aliter conspiciunt geri quam fuerit antiquis temporibus consuetum, scandalum generatur, quod profecto cessaret, et Clericorum fame et honori magis iretur consultum, si dicta vetus et laudabilis Consuetudo in suo pristino robore permaneret; Quare prefatus Emanuel Rex nobis fecit humiliter supplicari vt in premissis oportunum adhibere remedium de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur, attendentes non esse de iure Archiepiscopis uel Episcopis se de executione voluntatum etiam ad pias causas testantium ante Anni lapsum, et in Executorum negligentiam intromittendi facultatem seu potestatem concessam, huiusmodi supplicationibus inclinati, Vniuersis et singulis Archiepiscoporum et Episcoporum dicti Regni, Vicariis et Ministris, ac quibusuis aliis personis per eosdem Ordinarios deputatis et deputandis, ne ex nunc de cetero in perpetuum ante dictorum Anni et diei lapsum, nisi legitima causa subsit, et neque etiam tunc sine dictis Regiis Officialibus, vel eorum aliquo, ad huiusmodi rationum exactionem etiam volentibus seu requirentibus, eisdem executoribus procedere, neque eosdem executores propterea ad Judicium euocare, nullasque cuiquam desuper quietántias tradere sine dictorum Regiorum officialium consensu, de quibus rogari debeat publicus Notarius Regia auctoritate creatus, quoquomodo presumant, sub excommunicationis late sententie pena, a qua, non nisi per Romanum Pontificem, preterquam in mortis articulo, absolui possint, districtius inhibemus. Et exactionem ac redditionem Computorum huiusmodi aliter de cetero habendas, ac Quietantias seu diffinitiones aliter desuper conficiendas nullius existere firmitatis, Licereque in casibus, in quibus contra inhibitionem huiusmodi venire contigerit dictis Regiis Officialibus absque Vicariorum vel Ministrorum predictorum ea vice tantum presentia vel assensu computa petere, et reddentes quietare auctoritate apostolica tenore presentium decernimus et declaramus: Non obstantibus apostolicis ac in Prouincialibus et Sinodalibus Conciliis editis generalibus et specialibus Constitutionibus et ordinationibus, ceterisque contrariis quibuscumque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre inhibitionis, decreti et declarationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attemptare presumpserit Indignationem Omnipotentis dei, ac beatorum Petri et Pauli Apostolorum eius, se nouerit incursurum.

Datum Rome apud Sanctum petrum Anno Incarnationis dominice

Digitized by Google

Millesimo quingentesimo decimo nono, Sexto Kalendas Junii, Pontificatus nostri Anno Septimo. — *A. de Calcaneis* [1].

Breve do Papa Leão X, dirigido ao Bispo de Lamego, Capellão-mór.

1519 — Setembro 16.

Leo papa x Venerabilis frater salutem et apostolicam benedictionem.

Exponi nobis nuper fecit Charissimus in Christo filius noster *Emanuel* [1] Portugalliae et Algarbiorum Rex illustris quod licet Maiestas sua pro suo *et filiorum suorum* [2] corporali exercitio et intermissione a curis nonnulla nemora et alia loca venatui accommodata, sub suo temporali dominio consistentia, specialiter reseruauerit, et sub certis etiam pecuniariis poenis ne quis ibi sine sua licentia aliquod venationis genus exerceat prohibuerit, Venationesque et siluatice fatigationes omnibus clericis a sacris sint Canonibus interdicte; Tamen aliqui clerici, ea forsan confidentia freti quod secularium non arcentur edictis uel per eos nequeant coerceri aut alias, contra prohibitionem huiusmodi in nemoribus et aliis locis predictis aucupari et venari frequenter presumunt, non in ipsius Regis solum, sed etiam apostolicae auctoritatis contemptum: quare nobis fecit humiliter supplicari vt id eis prohibere, aliasque in premissis oportune prouidere de benignitate apostolica dignaremur. Nos itaque, eiusdem *Emanuelis* [3] Regis honestis desideriis annuentes, Fraternitati tuae committimus et mandamus quatenus ad ipsius Emanuelis omnimodam requisitionem omnes et singulos clericos, etiam in sacris et presbiteratus ordinibus constitutos, sub excommunicationis ac pecuniariis poenis, tuo arbitrio imponendis et moderandis, et per ministros tuos exigendis, moneas, quatinus in aliquo ex dictis Siluis et aliis locis prohibitis, sine ipsius Regis expressa licentia, venari, aut per illa cum canibus vel accipitribus, seu falconibus, aut alio venatorio apparatu vagari presumant: In contrarium non obstantibus quibuscumque.

[1] Arch. Nac., Maç. 22 de Bullas, n.º 51.

Digitized by Google

Datum *Romae apud Sanctum Petrum* [4] sub Annulo piscatoris Die *XVI Septembris MDXIX Pontificatus nostri* [5] anno *Septimo* [6]. — *Euangelista* [1].

Breve do Papa Leão X, dirigido a el-Rei.

1520—Abril 8.

Leo papa X Charissime in christo fili noster salutem, et apostolicam benedictionem.

Dudum pro parte tua nobis exposito quod licet de antiqua et approbata, et tanto tempore de cuius initio memoria hominum non existebat, obseruata consuetudine in Regno Portugaliae certi Regii Officiales, Computatores residuorum nuncupati, per singulas Prouincias pro tempore deputati, vna cum Archiepiscoporum et Episcoporum Prouinciarum earundem respectiue Vicariis in spiritualibus generalibus, ad heredibus uel exequutoribus Testatorum in dictis Prouinciis pro tempore defunctorum, post Annum et diem, quo ipsi Testatores decessissent, et non antea, super Testamentorum et ultimarum uoluntatum dictorum Testantium executione et implemento rationem et computum exigere, et super acceptis rationibus quietantias siue diffinitiones oportunas conficere, soliti fuerant, et ex huiusmodi laudabili consuetudine successerat ut omni fraude cessante honesta et pia testantium desideria debito non caruissent effectu; Nihilominus ab aliquo tunc tempore citra nonnulli dictorum vicariorum prefatis Regiis Officialibus in aliquo non uocatis, solitum tempus preuenientes,

[1] ARCH. NAC., Maç. 22 de Bullas, n.º 20. *Este breve parece ter servido de norma para outro dirigido a D. João III, ou ter continuado a vigorar com as alterações que n'elle se notam. Estas alterações consistem em estarem sublinhadas as palavras que pômos em italico e substituidas, ora por baixo ora por cima da linha, pelas seguintes:*

[1] Joannes.

[2] *Apenas sublinhado.*

[3] Joannes.

[4] Cesaraguste.

[5] XXII Maii MDXXII suscepti a nobis apostolatus.

[6] Primo.

Digitized by Google

computa et rationes ab heredibus et Testamentariis executoribus exigere et eis, non sine ipsorum infamia, et quod cum illis fraudem aliquam machinarentur suspitione quietantias et diffinitiones tradere presumpserant et tunc presumebant, ex quo in populis, qui rem geri aliter quam fuerat antiquis temporibus consuetum conspiciebant, scandalum generabatur, quod profecto cessaret et clericorum famae et honori magis iretur consultum si dicta uetus et laudabilis consuetudo in suo pristino robore permaneret. Nos tunc, tuis in ea parte supplicationibus inclinati, vniuersis et singulis Archiepiscoporum et Episcoporum dicti Regni, Vicariis et Ministris, ac quibusuis aliis personis per eosdem ordinarios deputatis et deputandis, ne ex tunc de caetero in perpetuum ante dictorum anni et diei lapsum, nisi legitima causa subesset, et neque etiam tunc sine dictis Regiis Officialibus uel eorum aliquo ab huiusmodi rationum exactionem, etiam uolentibus seu requirentibus, eisdem executoribus procedere, neque eosdem Exequutores propterea ad iudicium euocari, nullasque cuiquam desuper quietantias tradere sine dictorum Regiorum Officialium consensu, de quibus rogari deberet publicus Notarius regia authoritate creatus, quoquomodo presumerent, sub excommunicationis latae sententiae poena, a qua non nisi per Romanum Pontificem, preterquam in mortis articulo, absolui possent, districtius inhibuimus, et exactionem et redditionem computorum huiusmodi aliter de caetero habendas et quietantias seu diffinitiones aliter desuper faciendas nullius existere firmitatis, liceretque in casibus in quibus contra inhibitionem huiusmodi uenire contingeret dictis Regiis Officialibus absque Vicariorum et Ministrorum predictorum, ea uice tantum, presentia uel assensu computa petere et reddentes quietare decreuimus et declarauimus, prout in nostris inde sub plumbo confectis litteris plenius continetur. Cum autem, sicut exponi nobis nuper fecisti, iuxta antiquam consuetudinem huiusmodi dicti Ordinarii locorum uel eorum Vicarii ac Regii Officiales in exequutione predicta et cognitione causarum et litium inde pro tempore motarum, si dicti Testamentarii Exequutores negligentes sint, Non simul sed seorsum concurrant, et preuentioni post temporis a iure uel testatore prefixi, seu per Regem Portugaliae pro tempore existentem ad id specialiter assignati, lapsum, et non antea, etiam per citationem uel modum alium ad dictas ultimas uoluntates exequendas locus existat, ita quod Officialibus Regiis post dicti temporis lapsum et non eo currente preuenientibus Ordinarii uel eorum vi-

Digitized by Google

carii, et e contra ipsis ordinariis uel Vicariis similiter praeuenientibus Regii Officiales, se de executione uel cognitione huiusmodi ea uice intromittere nullo modo possint. Et, quia in dictis litteris aliter est narratum, dubitat Majestas tua litteras ipsas de surreptionis uitio notari, et minus utiles reddi posse tempore precedente: Nos igitur, ne propterea dictae litterae reddantur inutiles, prouidere uolentes, dictamque consuetudinem pro expressa habentes, tuisque in hac parte supplicationibus inclinati, authoritate apostolica tenore presentium quod litterae predictae, cum omnibus et singulis in eis contentis clausulis et inde sequuta quaecunque, a Data presentium ualeant, plenamque roboris firmitatem obtineant, et suffragentur in omnibus et per omnia, perinde ac si in illis dicta consuetudo uerius enarrata et specificata, ut prefertur, fuisset decernimus et declaramus. Et si forsan dicta consuetudo super praeuentione ante dicti temporis lapsum non facienda non uigeat, easdem litteras ad hoc ut dicti Ordinarii siue illorum Vicarii super executione testamentorum huiusmodi nihil, nisi post temporis huiusmodi lapsum, agere possint, alias per eos pro tempore gesta sint nulla extendimus et ampliamus. Quo circa Venerabili fratri Episcopo Casertanensi, et dilectis filiis moderno, et pro tempore existenti Capellano maiori Capellae tuae, ac Officiali Vlixbonensi per presentes committimus et mandamus quatinus ipsi, uel Duo aut vnus eorum, per se uel alium, seu alios, presentes litteras et in eis contenta quaecunque, vbi et quando expedierit, et quotiens pro parte dictorum Regiorum Officialium, aut aliorum quorum interierit, vel alicuius eorum, fuerint requisiti, solemniter publicantes, eisque in praemissis efficacis defensionis presidio assistentes, faciant authoritate nostra eos et eorum quemlibet litteris nostris huiusmodi ac omnibus et singulis in eis contentis pacifice frui et gaudere, non permittentes eos aut eorum aliquem per quoscunque desuper indebite molestari, Contradictores quoslibet et rebelles, illisque auxilium, consilium, uel fauorem quouis quesito colore prestantes, cuiuscunque dignitatis, status, gradus, ordinis et praeeminentiae sint, per censuram ecclesiasticam et alias etiam pecuniarias poenas illorum arbitrio imponendas, aliaque iuris oportuna remedia, appellatione postposita, compescendo, Inuocato etiam ad hoc si opus fuerit auxilio brachii secularis: Non obstantibus praemissis, ac felicis recordationis Bonifatii pape VIII predecessoris nostri, qua cauetur ne quis extra suam Ciuitatem et Diocesem, nisi in certis exceptis casibus, et in illis ultra unam dietam,

Digitized by Google

a fine sue Diocesis ad iudicium euocetur, Seu ne Judices a Sede apostolica deputati extra Ciuitatem et Diocesem, in quibus deputati fuerint, contra quoscunque procedere, aut alii vel aliis uices suas committere presumant, et de duabus dictis in concilio generali editis et aliis constitutionibus apostolicis, ac omnibus illis quae in dictis litteris uoluimus non obstare, caeterisque contariis quibuscunque.

Datum Romae apud Sanctum Petrum sub Annulo piscatoris Die XIII Aprilis MDXX, Pontificatus nostri anno octauo. — *Gratia dei* [1].

Carta de D. Miguel da Silva a el-Rei.

1520—Agosto 29.

Senhor. — Nas cousas do turco, sobre que o papa tornou a escreuer outra vez e Vossa Alteza a responder lhe, já do tempo que Receby as cartas de mayo tynha dito a sua santidade tudo o que mandou que se lhe dissesse, e então foy tam contente com a reposta de Vossa Alteza que loguo escreueo a Rhodes, e mandou o treslado de sua carta ao grão mestre; e aguora o foy o dobro com estas cartas, e a todo ho mundo apregoa esta uossa uontade e verdade, do que certo, senhor, deueys de ter contentamento, porque como se fala nestas cousas, ou outras semelhantes, loguo soys no campo por exempro. Ho papa soube haa dias da armada que, senhor, mandastes ao estreyto, e ouue a por tam sua pera as cousas de Rhodes como se pera ysso fora feyta, e de todo está satisfeyto e manda a Vossa Alteza duas mil graças e duas mil bençõs, as quaes diz que tem por certo que uos abrangem por sayrem de coraçam e vós as merecerdes, e a causa porque se uos mandam ser tam sancta e tam justa.

Huum dia d estes, falando na materia dos collegios, e poendo sua santidade boca em grande composição, eu lhe disse que as composições que sua Santidade hauia de querer eram quando compria haa christan-

[1] ARCH. NAC. Maç. 22 de Bullas, n.° 15.

Digitized by Google

dade e a esta sancta sé apostolica achar esta uontade e obra, que aguora, senhor, conhecera em vós, e que desta maneyra os mil ducados assy renderiam nas grandes necessidades armadas. Disse ysto por ser assy, e por ver se com estas palauras lhe podera homem fazer que façam o que deuem; mas esta gente quer mays mil ducados na mão que guanar vna ciudad.

Ha armada do turco vyeram despoys cartas que fòra somente por medo da fama que y á d estoutra delRey de Romãos, que foy sobre a ilha dos gelbes, e que, como os nauios foram feitos de pressa, e de madeyra talhada sem sazão, tanto que vyram o sol que a mayor parte d elles abriram, nem seruiram a nauegar: com ysto, e com saber as nouas certas de qua, o turco desarmou, e assy está tudo seguro por este anno; mas o mal he que estas seguranças farám que nam se guardará homem de perigo, e que mais nam seja que poder esperar outro tal rebate cadano he assaz pena e assaz vergonha. Assy o disse ao papa pedindo lhe de parte de Vossa Alteza por merce que, pois seu officio era este, quisesse olhar huum pouco melhor sobrysto: assy o promette e praza a deus que assy o faça.

Serem os gelbes tomados por dom Ugo de moncada com partido que paguam ao emperador tudo o que paguauam a huum senhor que tynham, e a armada ja tornada a sicilia, creo que seja cousa muy velha, e aynda que o nam seja, nella nam ha mays que escreuer que ysto que diguo.

Hos dias passados vinte fustas de turcos deram sobre puçol a par de Napoles, e tomaram mays de 300 almas sem trabalho.

No ducado de milão e genoua ha y grandes apercebimentos, e se affirma que ElRey de França vem este anno. Venha ou faça pór demostraçam tudo he sospeyta da uynda delRey de Romãos.

Ja escreuy como elRey de Romãos se uio em Ingraterra com ElRey de Ingraterra, quando passou d espanha a frandes: naquellas uistas nom ouue grande cousa nenhuuma de festas pera escreuer, somente grande sinal d alegria em El Rey de Ingraterra, e grande confiança do emperador nelle que com quatorze comsigo se saio da nao em que ya, e se meteo em terra de ingreses, e trazendo lhe as chaues de dobra, que assy se chama onde desembarcou, elle as nam quis, e disse que o seu e o em que então estaua todo era huum mesmo reyno delRey seu tyo. Ysto foy a XXVI de mayo: o dia seguinte foi com elRey de ingraterra, o qual veyo aly ter

Digitized by Google

duas horas passadas de mea noyte a uisitar o corpo de sam thomas em conturberj : ysto foy domingo de pascoa do spirito sancto. Em conturberj esteueram ambos em festas e prazeres ordinarios de musicas e baylos e danças ate a terça feyra, e ha terça feyra polla menhaã com bom vento se partyrom ambos, elRey de Romanos pera fradeso, ElRey de ingraterra pera Cales haas uistas com elRey de França ; e porque Vossa Alteza me manda que lhas escreua pollo meudo em outra o faço larguamente.

Acabadas as vistas de França, Ingraterra *(sic)* se uio acerca de cales com o emperador, onde nam ouue muytas festas : todo o tempo se passou em praticas secretas, das quays o que se sabe he que ElRey de Ingraterra cometeo o emperador pera o concordar com ElRey de França, e porque esta concordia traz sempre consiguo tres capitulos em todos tres lhe falou ; estes sam a restituição do Reyno de nauarra, a pensam do reyno de napoles com o casamento, a renunciação do direyto de milão. Ho emperador se escusou com o prometymento que tem feyto aos eleytores de nam fazer nada nas cousas de italia sem consentimento delles e conselho, outros dizem que alem disto disse que quando elle teuesse falado com os eleytores cria que sem restituição de borgonha nam se poderia fazer nada. Paz antre França e ingraterra se diz, mas nam se sabe mays que o que se presume pollas grandes festas que se fizeram huum a outro, e amor que se mostraram nas uistas, mas nam se cre que seja tudo mays que demostrações.

Estas mudanças de Castella aprazem a quem despraz a uynda do emperador a italia, e a cheueres dam muy maa fama, que tudo se ve que nacé de seu mao gouerno e cobiça desmedida. Aguora se diz em Roma que o emperador mostra muyto descontentamento de cheueres, outros dizem que he preso, mas ha sse por uaidade do pouo ; he porem verdade que madama margarita anda por uer se pode concertar este mao gouerno que sem ysto nam pode ser.

Papa e francezes parece que praticam vniam ; porem eu creo que tudo nam será nada se a outra parte for alguuma cousa : aynda nam acabo de entender que cousa sam estas vniões et hirmandades, poys dellas nam nace senão guerra e mortes de christãos.

Ho duque d albania, que he huum senhor d escotia que pretende ter direyto ao reyno, e está em França como desterrado, veyo aguora aquy e deu obediencia por elRey d escotia : deram lhe assento como principe

Digitized by Google

abaxo do derradeyro Cardeal em consistorio, tudo procurado por ElRey de França pera com este alguuma hora fazer ceumes a ingreses.

O primeyro dia d agosto naceo huum filho a ElRey de pollonia desta molher filha da duqueza de milaom. Veyo aquy a noua em XIII dias: chama sse Casmiro como seu auoo.

Ho papa faz aguora cento e cynquoenta officios, que sam na bolsa cento e cynquoenta mil ducados: dizem que se chamarám caualleyros de sam pedro: fallos pera paguar aynda diuidas da guerra d urbino, que nam ha quem possa crer que ainda duram as necessidades do papa, nem quem lhes ache caminho.

Contra aquelle frade de alemanha martym Luther, que la faz tantas reuoltas, fez aguora o papa huuma bulla de que se elle muyto Ry, segundo dizem: he esta huuma cousa que tyra o somno porque todo aquelle pouo pede concilio e reformação.

Bejo as mãos de Vossa Alteza, cuja uida e Real estado Nosso senhor guarde e acrecente como deseja.

De Roma a XXVIIII d agosto 1520. — *Dom miguell da sylua* [1].

Bulla do Papa Leão X, dirigida ao Cardeal Infante D. Affonso.

1520—Setembro 14.

Leo episcopus seruus seruorum dei dilecto filio Alfonso sancte Lucie in Septem soliis Diacono Cardinali salutem et apostolicam benedictionem.

Romani Pontificis prouidencia circunspecta ecclesiis et Monasteriis singulis, que vacationis incommoda deplorare noscuntur, vt gubernatorum vtilium fulciantur presidio prospicit diligenter, ac personis ecclesiasticis, presertim Cardinalatus honore fungentibus, vt in suis oportunitatibus aliquod suscipiant releuamen prout decens est et congruum, de subuentionis auxilio prouidet oportuno. Sane Monasterio sancti Johannis de

[1] ARCH. NAC., Corp. Chron., Part. I, Maç. 26, Doc. 53.

Digitized by Google

Tarouca Cisterciensis ordinis, Lamacensis diocesis, cui quondam Johannes Claro ipsius Monasterii Abbas dum viveret preerat, per obitum eiusdem Johannis, qui extra Romanam Curiam diem clausit extremum, vacante, Nos tam dicto Monasterio de gubernatore vtili et ydoneo per quem circunspecte regi et salubriter dirigi valeat, quam tibi, vt statum tuum iuxta Cardinalatus dignitatis honorem decentius tenere, et onera que te iugiter de necessitate subire oportet, facilius perferre valeas, de alicuius subuentionis auxilio prouidere ac specialem gratiam facere volentes, Motu proprio, non ad tuam vel alterius pro te nobis super hoc oblate peticionis instantiam, sed de nostra mera liberalitate, Monasterium predictum, cuius fructus, redditus et prouentus ad Quadringentos et Nouem florenos auri in libris Camere apostolice taxati reperiuntur, siue ut premittitur, siue adhuc per obitum quondam Aluari de freytas, olim ipsius Monasterii Abbatis, extra dictam Curiam defuncti, aut alias quouismodo, quem etiam si ex eo queuis generalis reseruatio etiam in corpore iuris clausa resultet presentibus pro expresso haberi volumus, aut ex alterius cuiuscunque persona, seu per liberam Johannis aut Aluari huiusmodi vel cuiusuis alterius cessionem, de illius regimine et administratione in dicta Curia vel extra eam etiam coram Notario publico et testibus sponte factam vacet, etiam si tanto tempore vacauerit, quod eius prouisio iuxta Lateranensem statuta Concilii aut alias canonicas sanctiones ad sedem apostolicam legitime deuoluta existat, et ad sedem eandem ex quauis causa spetialiter pertineat, ac super eisdem regimine et administratione inter aliquos lis, cuius statum presentibus haberi volumus pro expresso, pendeat indecisa, dummodo tempore dat. presentium eidem Monasterio de Abbate prouisum aut illud alteri commendatum canonice non existat, cum omnibus iuribus et pertinentiis suis tibi per te quoaduexeris etiam vna cum sancte Lucie in Septem soliis, que denominatio tui Cardinalatus existit, omnibusque et singulis aliis ecclesiis, Monasteriis, Prioratibus, Preposituris, Prepositatibus, Canonicatibus et prebendis, dignitatibus, personatibus, administrationibus vel officiis, ceterisque beneficiis ecclesiasticis cum cura et sine cura secularibus et predicti seu aliorum quorumuis ordinum regularibus, que in titulum vel commendam siue administrationem aut alias obtines, et imposterum obtinebis, ac pensionibus annuis, quas super quibusuis fructibus, redditibus et prouentibus ecclesiasticis tibi assignatis et assignandis percipis et percipies in futurum, tenendum, re-

Digitized by Google

gendum et gubernandum. Ita quod liceat tibi debitis et consuetis dicti Monasterii sancti Johannis et dilectorum filiorum Conuentus eiusdem supportatis oneribus, ac Quarta si Abbatialis separata seorsum a Conuentuali pro sustentatione fabrice, seu pro ornamentis, vestibus, paramentis emendis ac pauperum alimonia prout maior exegerit ei suaserit necessitas, si vero Mensa communis fuerit Tertia parte omnium fructuum dicti Monasterii sancti Johannis pro supradictis oneribus supportandis et sustentatione Monachorum, omnibus aliis deductis oneribus, Annis singulis impartita, de residuis illius fructibus, redditibus et prouentibus disponere et ordinare, sicuti ipsius Monasterii sancti Johannis Abbates, qui pro tempore fuerunt, de illis disponere et ordinare potuerunt, seu etiam debuerunt, Alienatione tamen quorumcumque bonorum immobilium et pretiosorum mobilium dicti Monasterii sancti Johannis tibi penitus interdicta. Cum Carissimus in christo filius noster Emanuel Portugalie et Algarbiorum Rex Illustris, cui alias indultum nominandi personas ecclesiasticas ad Monasteria in Regno Portugalie consistentia, de quorum numero dictum Monasterium sancti Johannis existit, pro tempore vacantia concessum extitit, te ad Monasterium ipsum sancti Johannis sic vacans nobis indulti huiusmodi vigore nominauerit, apostolica auctoritate commendamus, curam, regimen et administrationem ipsius Monasterii sancti Johannis tibi in spiritualibus et temporalibus plenarie committendo. Quocirca venerabilibus fratribus nostris Lamacensi et Tagastensi Episcopis per apostolica scripta motu simili mandamus quatinus ipsi, vel eorum alter per se, vel alium seu alios, tibi in adipiscenda possessione vel quasi regiminis et administrationis, ac bonorum dicti Monasterii sancti Johannis seu maioris partis eorundem assistentes faciant auctoritate nostra tibi a prefatis Conuentu obedientiam et reuerentiam debitas et deuotas, nec non a dilectis filiis vasallis et subditis Monasterii sancti Johannis huiusmodi consueta seruicia et iura ab eis tibi debita integre exhiberi, Contradictores per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compescendo: Non obstantibus felicis recordationis Bonifacii VIII predecessoris nostri, et aliis Constitutionibus et ordinationibus apostolicis, ac Monasterii sancti Johannis et ordinis predictorum iuramento, confirmatione apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis statutis et consuetudinibus, priuilegiis quoque et indultis apostolicis ordini Cistertiensi huiusmodi per sedem predictam concessis, confirmatis et innouatis, Illis presertim quibus inter alia caueri

Digitized by Google

dicitur expresse quod sancti Johannis predictum et alia Monasteria dicti ordinis nullis, etiam sancte Romane ecclesie Cardinalibus, nisi de consensu dilectorum filiorum Diffinitorum Capituli generalis eiusdem ordinis et Consistorialiter, ac alias sub certis modo et forma inibi expressis, commendari possint, et alias de illis etiam per sedem eandem pro tempore facte commende nullius sint roboris vel momenti, quibus etiam si ad illorum derogationem de illis eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, indiuidua, ac de verbo ad verbum non autem per generales clausulas idem importantes, mentio, seu queuis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma seruanda esset, illorum tenores presentibus pro sufficienter expressis et insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat spetialiter et expresse derogamus contrariis quibuscunque. Aut si Conuentui Vassallis et subditis prefatis, vel quibusuis aliis communiter vel diuisim, ab eadem sit sede indultum quod interdici, suspendi vel excommunicari non possint per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam, ac de verbo ad verbum, de indulto huiusmodi mentionem. Volumus autem quod propter commendam huiusmodi dictum Monasterium sancti Johannis in spiritualibus et temporalibus non ledatur, sed eius et Conuentus predictorum congrue supportentur onera antedicta. Et insuper ex nunc irritum decernimus et inane si secus super hiis a quoquam quauis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attemptari.

Datum Rome apud Sanctum petrum Anno Incarnationis dominice Millesimo quingentesimo uicesimo, Decimo octauo kalendas Octobris, Pontificatus nostri Anno Octauo [1].

[1] Arch. Nac., Maç. 29 de Bullas, n.° 23.

Digitized by Google

Carta de el-Rei a D. Miguel da Silva.

1520—Dezembro 1.

Dom miguel amigo nós elRey vos enviamos muyto saudar.

Porque o mosteiro nouo das freiras de samta crara d estremoz, que mandámos na dita villa fazer, he de todo acabado pera se nelle recolherem as freiras do mosteiro velho, e as outras que nelle ham de emtrar, Folgaryamos muyto de concludirdes e acabardes a sopricaçam da reformaçam do mosteiro dos frades da dita villa, porque sem yso nam ficarya aquela casa como comvem a seruiço de noso senhor e bem dela e noso contentamento. Porem vos encomendamos muyto que trabalhès por logo o concludir e acabar, e nos emviardes com os primeiros Recados o despacho diso.

Tambem vos lembramos a espidiçam sobre que vos temos sprito pera do mosteiro d allcobaça serem vesytadas pellos padres, que ha yso nelle forem ordenados, todas as outras casas da dita hordem destes Reynos, segundo que largamente vos temos sprito, porque o avemos por cousa de muito seruiço de deus e bem da dita ordem ; e muyto vos encomendamos que trabalhees com todo cuidado de o mais em breve que poderdes o acabar e nos emviar diso recado.

E asy de todas outras expidições que ainda teuerdes por expidir e acabar, e a todas nos responderdes o que nellas tendes feito e esperaes que se faça, e como dizeemos com os primeiros Recados nos spreuerdes o que em cada huuma tendes feyto ou esperaes que se faça.

Item. Pera o filho delRey de manicongo na expidiçam das letras de seu bispado, que he de vtreensy, nom veeo bulla de dispensaçam de sua idade, A qual convem que nos emviees na forma que deue ser pera poder fazer todos os oficios como bispo, o quall ja tem camtada misa nova e estaa muy boom latyno e muyto ensynado nas cousas da igreja, e queryamos que fose fazer fruyto aos Reynos de seu pay, o qual com muita ynstancia nolo tem emviado pedir por ser ja velho e desejar de ho ver frutificar em seus dias na christandade. Por yso vos encomendamos muyto

Digitized by Google

que logo nos enviês bulla da dita dispensaçam de sua idade com todas clausulas necesarias, e folgaremos de vyr com os primeiros Recados que nos enviardes. Sprita..... [1]

Carta de el-Rei ao Papa Leão X.

1520—Dezembro 1.

Muito santo in christo padre e muito bem avemturado senhor, o voso deuoto e obediente filho dom manuell per graça de deus Rey de portugall e dos allgarues d aaquem e d allem maar em africa, senhor de guine, e da conquista, navegaçam e comercio de etiopia, arabia, persya e da india, com toda omilldade emvio bejar seus santos pees.

Muyto santo yn christo padre e muito bem aventurado senhor, nós spreueemos a dom miguell da sylua do noso conselho e noso embaixador allguumas cousas que de nossa parte soprique e falle a vosa santidade, nas quaaes esperamos della que follgue de nos fazer merce como sempre folgou em todas nosas cousas, de que nós somos em tam verdadeiro conhecimento como he Rezam, e tambem como he cousa onesta que nós o speramos pella contynuaçam com que, louuores a noso senhor, a elle e a sua santa see apostolica e a vosa santidade seruimos e sempre avemos de seruir. Sopricamos e pidimos por merce a vosa santidade o queyra ouuir e lhe dar ynteira fee e crença, e com aquela booa vontade que sempre nele achamos fazer o que lhe soprycamos, e em muy syngullar Receberemos *(sic)* de vosa santidade. Muito santo yn christo padre.....[2]

[1] *Rascunho no* Arch. Nac., Cartas missivas, Maç. 2 n.° 176. *No verso tem a seguinte declaração:* «Pera dom miguel. Do primeiro de dezembro 1520.»

[2] *Minuta sem data no* Arch. Nac., Cartas Missivas, Maç. 2 n.° 101. *Tem no verso a cota seguinte:* «Pera dom miguel. Do primeiro dia de dezembro 1520.»

Digitized by Google

Carta de el-Rei para D. Miguel da Silva, e outra para Sua Santidade.

1521 — Março 8.

Dom miguel amigo, nós elRey vos envyamos muito saudar.

Vimos a carta que nos spreuestes em cifra, feita a xxxi de Janeiro passado, sobre o que pasastes com o papa sobre o negocio nella contyudo, e muyto vos gradecemos tam boom cuidado como teuestes de cousa que tamto Relleua a nosso seruiço, e nos desta callidade sempre veemos que tall ho temdes, e o que niso fezestes aveemos por muy beem feito e foy como compria a noso seruiço, e nós spreueemos ao santo padre Remerceando lhe o amor e booa vontade que pera aproueitar no negocio vos mostrou. Dai lhe nosa carta e com ella, allem do que por ella lhe spreueemos, lhe dizee que bejamos os santos pees de sua santidade por sempre nelle acharmos tamto desejo de nos fazer mercee, ao qual sempre comresponde com obras e merces que cada dia delle Recebemos, as quaes segundo a obrigaçam em que por ellas lhe somos, e por o amor e booa vontade que pera todo o de seu seruiço teemos, esperamos em noso senhor que nos leixará seruir como nós desejamos; E que nesta agora lhe pedimos que folgue de trabalhar e poer toda sua posybilidade com ho emperador péra aver efeyto o que lhe temdes fallado, que por todas as Rezões que ha parece que cayria milhor em meu filho do que em outro nymguem, e que pella ventura seria bem pera todas as cousas do tempo d agora, com todas as outras mais Rezões que vós viirdes, que avemos por certo que muy bem lhe saberês apresentar.

E amtes de termos avida esta vosa carta nós vos tynhamos sprito sobre esta materia, encomendando uos que tornaseys ao negocio della como da primeira vez e asy como de voso, e largamente vos spreuemos sobre yso, e a conclusam era que trabalhaseis com sua santidade que trabalhase com o emperador de isto viir ao cardeall meu filho, e ofereceseys que a camara de sua santidade serya seruida asy como era Rezam que por cousa semelhahte se fezese, e que tomaseys por terceiro ao car-

Digitized by Google

deall de medices e lhe fezeseys o mesmo oferecimento. Trabalhay neste negocio como em cousa em que tanto seruiço nos farês, e como vedes nom pode nenhuma ser em nenhum tempo das desta calidade mais principall, e por ysso poende niso aquela diligencia e cuidado que de vós esperamos, que ho amor e vontade pera nos seruirdes certo somos que ha tendes pera aproueytar e nos seruirdes em cousas muito maiores. E do que achardes e fezerdes nos avisay, e, como por a outra carta vos spreuyamos, s ysto se ha de negociar pelo papa com o emperador como cousa pera que elle de seu moto se moue, avendo a por de muyto seruiço de Deus e seu e de muyto seu contentamento e prazer, e a dilaçam do provymento pode muyto aproueitar ao fim de noso desejo como vos spreuyamos. E ás outras cartas que vieram com esta vos Respondemos por outra. Sprita.....

Muito santo yn christo padre e muito bem aventurado senhor. O voso deuoto e obidiente filho dom manuel etc. com toda omildade emvio bejar seus santos pees.

Muyto santo yn christo padre e muyto bem aveenturado senhor. Dom miguell da sylua do meu conselho e meu embaixador me spreueo que fallara a vosa santidade, movido da obrigaçam e cuidado que elle deue ter das cousas de meu seruiço, sobre a vagante do arcebispado de tolledo, E que achara em sua [1] santidade pera follgar d aproueitar naquella parte que me tocaua aquele amor e booa vontade, que sempre com merces tenho achado e acho, pelo que lhe beijo seus santos pees e o Recebo em tam syngullar mercee como ella he, e que as merces que de vosa santidade tenho recebidas sejam soficientes pera nunca (?) acabar de as seruir: o trabalho que nesta negociaçam agora Receber lhe peço muito por merce que aja por bem tomado pois se emprega sobre mym e sobre cousa tanto minha que quantas mais cousas teuermos com que lhe seruir, tamtas deue muyto folgar de termos, pois com todas e com as pessoas e estado lhe aveemos de seruir com muy verdadeiro amor e espiciall vontade, allem da obrigaçam gerall que todos temos, e soprico e peço muito

[1] *Está riscada a palavra* vossa *e substituida por* sua. *Parece que esta minuta serviu tambem para escrever a algum cardeal, talvez ao de Medices, a quem se allude na primeira carta.*

Digitized by Google

por merce a sua santidade que neste negocio trabalhe como em cousa propria sua, pois nom pode teer nem tem nenhuuma mais propria que a mym e as minhas.

Muito santo yn christo padre etc. [1].

Breve do Papa Leão X, dirigido a el-Rei.

1521 — Abril 27.

Leo papa x Charissime in christo fili noster salutem et apostolicam benedictionem.

Preclara deuotionis tuae, qua nos et hanc sanctam apostolicam sedem reuereris, merita promerentur ut petitionibus tuis, illis praesertim quae Regiae Celsitudinis tuae status augmentum et conseruationem, ac orthodoxe catholicae fidei propagationem concernere prospicimus, fauorabiliter annuamus. Sane nobis nuper exponi fecisti quod cum rerum commercia et mercimonia, quae in partibus Indiae atque Ethiopiae pro Maiestate tua cum gentibus et populis illarum partium pertractantur, maximum importantissimumque pondus sustineant, et quanto magis partes illae a finibus Europae distare noscuntur, tanto plus fidelitatis et legalitatis integritatisque circa personarum inibi agentium contractationem requiri debeat et licet; propterea serenitas tua cupiens fraudibus et dolis, quae in praemissis comerciis ac negociationibus et participationibus hinc inde fieri possent, obuiare, ac felici statui tuo et tuae gentis opportune consulere, animoque gereris praedicta commercia ad Dei laudem et catholice fidei propagationem in tam remotis et longinquis partibus et barbarorum nationibus continuare et augmentum suscipere, quamplura leges, pragmaticas, sanctiones, ordinationes et statuta per dictos agentes et subditos tuos, aliosque contractores et negociorum et mercimoniorum commertiorumque

[1] *Rascunhos sem data no* ARCH. NAC., Corp. Chron., Part. I, Maç. 27, Doc. 76. *Nas costas d'este documento está a cota seguinte:* «Pera dom miguel — a III dias de março 1521 — Sobre tolledo.»

Digitized by Google

huiusmodi gestores inuiolabilia tenenda et obseruanda, ac nullo pacto pretereunda, sub certis ciuilibus et criminalibus poenis, quas violatores et transgressores illarum incurrerent, fecerit, ediderit ac promulgauerit, Nihilominus nonulle personae, pro clericis se gerentes, freti immunitate ac priuilegio clericali penas legum et ordinationum huiusmodi paruipendentes, illasque, quibus iuxta canonicas sanctiones eos minime subesse pretendunt et affirmant, non formidantes, contra eas et pragmaticas sanctiones et prohibitiones per Maiestatem tuam factas huiusmodi multotiens venire ausi fuerunt, et nisi tales transgressores criminosi et delinquentes aliqua poena mulctentur plectenturque occasione transgressionum et excessuum suorum in partibus illis scandala iurgia et differentias inter agentes praedictos quamplurima in non modicum tui et tuorum Regnorum detrimentum in dies suscitarentur. Quare nobis humiliter supplicari fecisti ut tuo tuorumque Regnorum statui et tranquillitati consulere ac scandalis, iurgiis et differentiis huiusmodi obuiare, aliasque tibi in praemissis oportune prouidere de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur, attendentes quod quanto maioribus dispendiis, laboribus et fastigiis a christianis et catholicis principibus regna, dominia et prouinciae paganorum eorum dictioni sunt subiecta, tanto illa legibus, sanctionibusque Regum, quorum auspiciis sunt acquisita, ad Dei laudem et catholice fidei exaltationem, fulciri et tueri necesse est, huiusmodi supplicationibus inclinati, serenitati tuae, ut venerabilis frater Episcopus Lamacensis modernus, ac pro tempore existens Capellanus maior tuae Capellae Regiae, quoscunque clericos in minoribus ordinibus duntaxat constitutos, non tamen beneficia ecclesiastica obtinentes, quos constitutiones et ordinationes ac sanctiones tuas, quas (ut prefertur) edidisti, et ad commertiorum et contractionum huiusmodi conseruationem et ampliationem edideris et promulgaueris in futurum, dummodo licite et honeste fuerint, et sacris canonibus non sint contrarie, contrauenire compertum fuerit, legum constitutionum et sanctionum huiusmodi poenis ciuilibus, non tamen criminalibus, ac citra sanguinis effusionem aut membri mutilationem, plectere, mulctare, punire et castigare, in personis et bonis immunitate et priuilegio clericali, quibus tales transgressores et delinquentes vti posse minime volumus, libere et licite possit et valeat, plenam et liberam auctoritate apostolica tenore presentium licenciam concedimus et facultatem : Non obstantibus praemissis ac constitutionibus et ordinationibus apostolicis, caeterisque

Digitized by Google

contrariis quibuscunque, Presentibus ad vitam Maiestatis tuae duntaxat duraturis.

Datum Romae apud sanctum petrum, sub Annulo Piscatoris, die XXVII Aprilis MDXXI, Pontificatus nostri anno Nono. — *Euangelista* [1].

Breve do Papa Leão X, dirigido a el-Rei.

1521—Agosto 12.

Leo papa x carissime in christo fili noster salutem et apostolicam benedictionem.

Est tuae serenitati probe notum quae sit inter nos, sancta sede apostolica adiuncta, et carissimum in christo filium nostrum Carolum electum emperatorem semper augustum facta coniunctio foederis, societatis, amiciciae, in christianae quidem reipublicae aç sedis apostolicae salutem in perpetuum, Nunc autem hoc ipso tempore aduersus Franciscum regem francorum, cuius quotidianas iniurias, hostilemque plenam insolentiae uoluntatem, nec sedes apostolica amplius ferre, nec Caesaris dignitas pati potuit nec debuit, Cum ab altera iandudum omne decus ac libertatem, postremo etiam urbes et oppida abripere, Alterum quo magis publice ac priuatim christianorum paci, foris bello aduersus fidei hostes intentum uidebat, hoc magis inopinatis armis et fraudibus in omni suo statu perturbare conaretur. Quam coniunctionem etiam arbitramur serenitatem tuam existimare maximis et necessariis de causis esse factam ab utroque nostrum, qui tibi quidem satis cogniti sumus, Nos ut pacis im primis amantissimi et tranquillitatis studiosissimi, Caesar ut optimo ingenio, mitissima natura, summa in deum pietate ac religione, et quidem ambo tibi arctissime deuincti, nos singulari et perpetua beniuolentia, ille affinitate etiam et sanguine. Sed uicit naturam utriusque nostrum eorum rabies, qui nihil fidei nihil rationi tribuentes, omnia ad cupiditatem referunt suam, vt turpem et periculosam quietem reiiceremus, et arma communi reipublicae christianae bono et huic sanctae sedi salutaria caperemus. Ac quae Caesarem

[1] ARCH. NAC., Maç. 22 de Bullas, n.º 18.

Digitized by Google

quidem mouerint causae vt fraudulentum et impium illatum bellum iusto atque pio bello propulsaret, cum aliae multae manifestae sunt ut commemoratione non egeant, tum vero una potissima, neque adeo uulgaris, quod ille sibi maxime et suae dignitati debitam, plenam gloriae, et apud deum meriti arbitratus est, sanctae sedis apostolicae propugnationem. Nos uero quot, quantisque acerbis ad hoc idem agendum iniuriis fuerimus compulsi, vtinam tibi commemorare litteris possemus; Sed quod non possumus sumus hortati dilectum filium Michaelem de Silua oratorem apud nos tuum, hominem acri ingenio et prudentia, vt copiose te edoceret. Nos pauca haec scribimus: In ea nuper, quam cum eodem francorum rege habebamus, societate cum in eum nostra pene omnis se effudisset, et huius sanctae sedis liberalitas, non fuisse nobis ab eo responsum neque in fide, neque in promissis, Cum, quae pro ipso essent conuenta inter nos, ea acerrime sibi seruari uellet, idque minaciter arroganter; Quae uero pro libertate ecclesiastica cauta essent omnia contereret, contemneret, infringeret. Itaque et omnibus in rebus ab eo uiolata, atque illusa dignitas ecclesiastica, Et qui ex subiectis ipsius iuxta foederis formam confugere ad hanc sanctam sedem conati sunt, alii in flumina praecipitati, alii in carceribus ad mortem sunt adacti, taliaque in eos exempla perpetrata, qualia ne ab immanissimis quidem turcis perpetuis nostris hostibus expectare poteramus. Quid de decimis loquemur et de cruciata, ex qua cum ille ingentem summam pecuniae recepisset, maximoque sese iuramento deo obstrinxisset, nusquam se pecunias eas nisi aduersus infideles erogaturum hoc biennio a nobis rogatus, cum immineret grauis terror classis barbaricae, vt classis aliquantum ad defensionem rhodiorum, et status ecclesiastici et littoris christianorum mitteret, superbissime respondit: Caeteri, quae ipsorum essent, defenderent, se sua, cum esset opus, defensurum esse. At ubi fides? vbi iusiurandum, vbi illa a deo accepta, et eidem deo debita pecunia? Nihilo haec omnia magis quam amiciciae nostrae fides ab illo habita sunt, At quotiens, et quomodo et quibus uerbis? vt facili appareret, nihil nobis, neque sancta sede hac apud animum illius despectius, nihil contemptius esse. Quae omnia haec acerbiora nobis acciderunt, quo memoria tenemus, neque id nos unquam aut fides catholica potuit obliuisci, qua tua serenitas animi magnitudine quo studio erga deum et classem tunc apparauerit, et omnia nobis ac diuinae religioni obtulerit auxilia. Egimus sepe praecibus, institimus querelis, vt animum conuerteret ad ea, quae

Digitized by Google

ipsius fides, et christianissimum nomen requirebat, facienda. Quarum praecum nostrarum hunc exitum habuimus, vt nouissime per suos ministros, per causam exulum suorum inquirendorum, subita manu nostram et sanctae romanae ecclesiae ciuitatem Regium Lepidi oppugnaret, et nisi studium populi et praesidum diligentia affuisset, fuerit illam iniquissima fraude et iniuria a sedis apostolicae gremio abrepturus. Hic nobis finis pacientiae fuit, neque ulterius expectandum duximus, quin manifestam status auctoritatisque ecclesiasticae ruinam deo et caesare adiuuantibus fulciremus. Quem enim neque in foedere et amicicia fides, neque in officio religionis iusiurandum, neque in finibus uiolandis alienisque rapiendis aequitas contineret, quid sperare potuimus illum in posterum melius esse facturum? Genera tibi iniuriarum memorauimus, nam iniuriae innumerabiles sunt. Sed, per deum immortalem, nisi nos ad necessaria et sancta arma contra talem hostem pro sedis apostolicae tutela deuenissēmus, quis nos iure aut romanum pontificem aut christi uicarium arbitraretur? In qua uoluntate et animo ita nobis caesar, nosque illi coniuncti sumus, vt unum sit uelle, vnum nolle, nec alteri nostrum ab altero quicquam sit aut in honore, aut in salute disiunctum. Ac ille quidem magnifice atque preclare in causam christianae reipublicae, deo auspice et adiutore, ingressus est. Nos, quoad possumus, subsequemur. Sed quod fuit nobis scribentibus propositum, arbitramur nos ex deo et ex amicicia nostra facturos, si serenitatem tuam ad huius praeclari operis societatem, in quam caeteri omnes iam reges christiani aut consenserunt, moti indignitate rei et pacis christianae zelo, cuius hic unus assiduus turbator est, aduocabimus, vel quod vtrunque nostrum diligere teneris, nam caesar tuus est et tui obseruantissimus nepos, nos tibi semper amicissimi, vel quod tua excellens et eximia in omni genere uirtus postulat, vt iustissimam, sanctissimamque causam, apostolicae sedis defensionem, quae certe nec inferior est, nec deo minus grata, quam sit infidelium nationum expugnatio, suscipias. Siquidem sua et propria tueri, quam aliena appetere, moioris fuit semper et uirtutis, et in tali quidem causa etiam pietatis. Et nunc, ne ueteres illos Carolos Othonesque memoremus, clarae memoriae nuper Ferdinandus rex catholicus socer tuus, cum paratissimam haberet classem ad iustissimum bellum in africa contra infideles gerendum, vbi sensit huic sanctae sedi ab his eisdem gallis imminere discrimen, non ne omissis caeteris omnibus tanquam in iustiorem et deo acceptiorem cau-

Digitized by Google

sam ad eam subleuandam arma conuertit, cuius facti et summam apud homines laudem, et in caelo maximum est premium consecutus. Non est profecto nec tua uirtus minor, nec prudentia inferior. Quare da te carissime fili in causam dei et nostram et caesaris; Et inter quos tantum et naturae et amiciciae foedus est, sit etiam huius honestissimi muneris societas. Nec uero te nouo onere nouis impensis praemere uolumus, sed est parata ratio tuae praestantis gloriae. Nuptum das filiam dilecto filio nobili viro Carolo sabaudiae duci, eamque pro tua dignitate instructissima classe comitatam ad maritum mittis, Quam rem serenitati tuae bene et feliciter, et cum diuina gratia euenire cupimus. Sed eam classem, si ad duces tuos scripseris vt ad nostram et Caesaris uoluntatem cum vtriusque nostrum classibus in promptu teneant, tutandis italiae, et status ecclesiastici littoribus, quibus ab hostibus imminet timor, et quidem paucis his mensibus dum tuta est nauigatio, hoc maximum tuae pietatis et erga se amoris monumentum habebit sedes apostolica. Hoc ut facias, carissime fili, magnopere te in domino obsecramus. Nihil nobis opportunius, nihil caesari ipsi, amico, fratri, nepoti tuo gratius, aut utilius efficere potes, neque adeo tibi ipsi. Etenim querat serenitas tua ex nobilissimo Duce genero suo, cum quo sumus etiam nos omni societate summi amoris coniunctissimi, quo modo ille a Francisco rege tractatus, et quotiens in discrimen status et salutis suae adductus fuerit, quam habeat securitatem, quam stabilem fidem rerum suarum. Cognosces profecto nihil ab horum hominum cupiditate et superbia tutum esse posse, Intelligesque suscipiendam tibi causam, si et honorificas filiae tuae nuptias et dignitatem generi saluam esse uoles. Sed haec et alia uberius idem tuus orator per litteras tibi significabit. Nos extremum hoc ponimus, si serenitas tua hoc tempore sese nobiscum et cum caesare suo, in dei et saedis apostolicae et christianae reipublicae commodum honoremque, coniunxerit, futurum hoc tibi ad laudem gloriosum, ad securitatem tuorum, et memoriam omnium nostrum tui tanti in nos officii adque promerendam omnem nostram et Sedis apostolicae liberalitatem fructuosum.

Datum Romae apud sanctum petrum, sub annulo piscatoris, Die XII Augusti MDXXI, Pontificatus Nostri Anno Nono. — *Ia. Sadoletus* [1].

[1] ARCH. NAC., Maç. 30 de Bullas, n.° 11. *No fim do breve estão as palavras seguintes, que julgamos serem do proprio punho de S. S.* Hortamur et instanter petimus a Maiestate tua ut nullo pacto Nobis et huic Sedi uelit deesse.

Digitized by Google

Breve do Papa Leão X, dirigido ao Secretario de Estado Antonio Carneiro.

1521 — Agosto 12.

Leo papa x Dilecte fili salutem et apostolicam benedictionem.

De tua prudentia et de ea gratia, quam apud istum clarissimum regem merito obtines, quamque tibi fidem ipse habeat rex plane edocti existimauimus quibusdam in rebus ad christiane reipublice bonum spectantibus, quas a rege cupimus impetrare, cum aptam admodum, tum accommodatam nobis fore operam et personam tuam, Nam et in uirtute confidimus, et de tua optima erga nos et hanc sanctissimam sedem uoluntate non dubitamus. Commisimus igitur dilecto filio Michaeli de sylua, regio apud nos oratori, homini prudentissimo, et quod facile perspeximus tui amantissimo, ut is ad te consilia nostra, et quid per te fieri uellemus, perscriberet. Hortamur deuotionem tuam in domino ut eius fidem litteris habeas, tibique ita persuadeas, quicquid nostra et sedes apostolicae causa laboraueris, id nobis ita gratum futurum ut memoriam tanti tui officii simus in animo nostro perpetuam conseruaturi.

Datum Romae apud sanctum petrum, sub anulo piscatoris, Die XII augusti MDXXI, Pontificatus nostri Anno Nono. — *Ia. Sadoletus* [1].

Breve do Papa Leão X, dirigido a el-Rei.

1521 — Agosto 20.

Leo papa x Carissime in christo fili noster salutem et apostolicam benedictionem.

Etsi cum recte intelligeremus quod studium Maiestatis tuae semper

[1] ARCH. NAC., Maç. 36 de Bullas, n.º 64.

Digitized by Google

extitisset diuinae fidei conseruandae, christianique nominis et Imperii promouendi, cumque interiores animi tui sensus, sanctos illos quidem et ad deum directos abunde notos et perspectos haberemus, quasi animo cernebamus qualem praestatura se esset Maiestas tua in publica fidei causa aduersus Luteranam prauitatem ; Tamen dici non potest quam iucunde acceperimus eam pro sanctae ecclesiae dei, nostraque et huius Sedis dignitate atque auctoritate conseruanda aduersus immane monstrum omni ope sese opposuisse. Quod factum Maiestatis tuae et oportunissimum et maxime consentaneum cum quotidianis suis piis sanctisque actionibus ita accepimus, ut pro eo eidem Maiestati Tuae ingentes et quantas presentis temporis ratio poscit, gratias habeamus. Quanquam enim causa ipsa bonitate sua omniumque Christianorum Principum ope et praesidio satis communita sit, Tamen ex tam illustri propugnatione Maiestatis tuae maximum robur et auctoritatem uidetur accepisse Cum mortales ita interpretentur non posse esse, nisi optimam et sanctam eam causam, ad quam defendendam tam optimi et uere Christianissimi Regis nomen, uoluntas, opera, auctoritasque conspirarit. De Lutero quidem nefario homine nihil posthac timendum esse censeremus, ita est omnibus tum humanis tum diuinis iudiciis afflictus, ac pene profligatus. Sed cum eiusmodi pestilentiae plantae interdum rubustiores renasci soleant, nisi a principio euellantur, radicitusque extirpentur, opere pretium erit in prosequendo monstro nihil de solita diligentia remittere, Sed usque ad extremam eius internitionem uigilantissime excubare, in quo nihil uidetur petendum a Maiestate tua nisi ut faciat quod praeclare facit. Caeterum de noua necessitudine quam scribit Maiestas Tua cum dilecto filio Nobili viro Carolo Duce Sabaudie contraxisse Data ei coniuge Nobili muliere Beatricae nata tua sane multum gauisi sumus, Matrimoniumque honestissimum ex nostra et dei optimi maximi parte largiter benediximus optantes ipsis sponsis omnia, quemadmodum merentur et sperant recte feliciterque succedere. Adiunxit quidem sibi generum Maiestas tua non solum fortuna et auctoritate sed etiam dignitate, uirtute et prudentia ornatum, ex quo non dubitamus quin eos fructus percepturus sis, Qui ex praeclaris Viris, optimisque generis percipi solent. Nostrum autem gaudium de rebus tuis eo iustius est, Quod Maiestas Tua cum eo Principe necessitudinem contraxit, qui nobis non solum amicitia sed etiam affinitate est coniunctus, a quo uidemur sperare posse omnia officia uiribus Nobilitatis suae presentique tempori conuenien-

Digitized by Google

tia. Quibus de rebus copiose locuti sumus cum dilecto filio Michaele Siluio oratore apud nos tuo, cuius litteris Maiestas tua poterit adhibere omnem fidem.

Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris Die xx Augusti MDXXI, Pontificatus Nostri Anno Nono. — *Bembus per Fauonium de mandato* [1].

Bulla do Papa Leão X.

1521 — Setembro 20.

Leo episcopus seruus seruorum dei Uniuersis et singulis presentes litteras inspecturis salutem et apostolicam benedictionem.

Dudum siquidem ad supplicationem Carissimi in christo filii nostri Emanuelis Portugalie et Algarbiorum Regis, pro orthodoxe fidei exaltatione et propagatione, ac Classis eius maritime feliciori nauigatione et locorum de manibus Infidelium recuperatione, omnibus et singulis christi fidelibus in partibus Affrice, Ethiopie, Arabie, Persidis et Indie bellum gerentibus, Medicis, Aromatariis, et tam ligni quam ferri et alterius Metalli fabris, sutoribus, Machinariis, et cuiusuis Artis officialibus et operariis ac seruitoribus et ministris, ad dictas partes de mandato dicti Regis aut eius Prefectorum proficiscentibus, et inibi commorantibus, vt Confessorem ydoneum presbiterum secularem, vel cuiusuis ordinis regularem, qui eos in articulo mortis a quibusuis peccatis et excessibus, quantuncunque grauibus et enormibus, in casibus etiam sedi apostolice reseruatis, absolui, ac omnium peccatorum suorum plenariam indulgentiam et remissionem impendere et elargiri posset, necnon si aliquem ex dictis personis absque confessione aut morte subitanea decedere contingeret, dummodo signa deuotionis seu contritionis apparuissent in eo, eandem plenariam remissionem et absolutionem consequeretur, per alias nostras litteras facultatem concessimus, prout in illis plenius continetur. Cum autem, sicut idem Rex nobis nuper exponi fecit, ipse postmodum diuino auspicio quamplurimas Insulas, Prouintias et loca recuperauerit et ditioni

[1] ARCH. NAC., Maç. 31 de Bullas, n.° 19.

Digitized by Google

sue adiecerit, et propterea summopere cupiat litteras et facultatem eligendi Confessorem, et consequendi indulgentiam huiusmodi ad quoscunque christi fideles in dictis terris, Insulis, Prouintiis, et aliis locis de nouo acquisitis, et pro tempore per ipsum Regem acquirendis, tam in mari Rubro, Perside, Malacha, Zamatra, et Sinarum Regionibus existentes, et tam in bello quam in nauigatione et expeditione terra marique decedentes, dummodo ad dictas partes de mandato prefati Regis seu eius Capitaneorum eant, aut seruitiis ipsius Regis insistant, extendi et ampliari. Quare pro parte ipsius Emanuelis Regis nobis fuit humiliter supplicatum vt eius pio et honesto desiderio annuere, aliasque in premissis oportune prouidere de benignitate apostolica dignaremur. Nos, qui piis et honestis Catholicorum Regum desideriis, presertim fidei orthodoxe exaltationem concernentibus, quantum cum deo possumus libenter annuimus, huiusmodi supplicationibus inclinati, litteras predictas, ac eligendi Confessorem et alias facultates in dictis litteris, quarum tenores de verbo ad verbum presentibus haberi Volumus pro expressis et insertis, contentas, cum omnibus in eis contentis clausulis, ad quoscunque christi fideles in dictis terris, Insulis, Prouintiis, et aliis locis de nouo acquisitis, et pro tempore per ipsum Emanuelem Regem acquirendis, tam in mari Rubro, Perside, Malacha, Zamatra, et Sinarum Regionibus existentes, et tam in bello quam in nauigatione et expeditione terra marique decedentes, dummodo ad dictas partes de prefati Regis seu eius Capitaneorum mandato eant, aut seruitiis ipsius Regis inibi insistant, auctoritate apostolica tenore presentium extendimus et ampliamus, Presentibus ad ipsius Regis vitam dumtaxat valituris.

Datum Rome apud Sanctum petrum Anno Incarnationis dominice Millesimo quingentesimo ũigesimo primo, Duodecimo Kalendas Octobris, Pontificatus nostri Anno Nono. — *Bal.ar de Piscia* [1].

[1] Arch. Nac., Maç. 21 de Bullas, n.° 4.

Digitized by Google

Bulla do Papa Leão X, dirigida ao Rei da Ethiopia.

1521—Setembro 30.

Leo Episcopus etc. Charissimo in Christo filio David Ethiopie et Abbitie ac Nili Regi illustri salutem.

Cum superioribus annis charissimus in Christo filius noster Emanuel Portugalie et Algarbiorum Rex illustris ad nos scripsisset maiestatem tuam, cuius potentia iamdiu nobis nota fuerat, summopere desiderare confederationem cum ipso inire, ut iunctis animis ac viribus orthodoxam christi fidem simul propagare ac superstitiosam Maumethe sectam extirpare, sanctamque Hierusalem et sanctissimum Redemptoris nostri sepulchrum ab impiis infidelium manibus recuperare possetis, ac propterea oratorem quemdam ad eius maiestatem destinasse, valde equidem gavisi sumus, et omnipotentem Deum rogare non cessauimus, ut per suam gratiam et misericordiam nobis concedere dignaretur ut tantorum Regum maximas vires et opes invicem uniri, et contra dictos infideles converti aliquando videre possemus. Postquam vero nuper idem Emanuel Rex, non minori desiderio amicitiam et confederationem tuam cupiens, nos certiores fecit classem suam mare rubrum ingressam, Dei gratia, ad Regna tua incolumen pervenisse, eiusque capitaneum de maiestatis tue mandato benigne honorificeque a tuis exceptum cum Bernegar Vicerege tuo, super hoc ab eadem maiestate tua mandatum habente, nomine prefati Emanuelis Regis fedus et ligam perpetuam ad eiusdem Christi fidei exaltationem, eiusque hostium depressionem fecisse, ac reperisse Regnum tuum amplissimis civitatibus magnificum, Ecclesiis, ac religiosissimis monasteriis abundare, in eoque Christifidelem in magno cultu, ac debita veneratione haberi; incolasque et habitatores ipsos fateri et credere beatum Petrum apostolorum Principem verum Christi Vicarium in terris fuisse, nosque eius successores esse, et sanctam Romanam Ecclesiam tamquam matrem suam recognoscere, nec ab ea in fidei doctrina, presertim circa substantialia, discrepare. Nunquam dici nec exprimi posset quo gaudio, quantave le-

Digitized by Google

titia cor nostrum in Domino exultavit. Et propterea considerantes, ac mente volventes incomprehensibilia Dei iudicia, et investigabiles vias eius esse, et se quandoque humiles Christifidelium preces ac petitiones non exaudit, non propterea res respuere, sed in tempora magis opportuna differe, exstimavimus nullum magis opportunum tempus fuisse, quo pro Universali christiane Reipublice bono sancta hec inter eumdem Emanuelem Regem, ac maiestatem tuam confederatio, et amicitia fieri deberet, cum hoc ipsum tempus existit, quo propter Selimum Turcarum Tirannum e medio sublatum, eiusque exercitum contra Sultanum et Sophi diminutum magna se offert occasio id efficere, quod uterque vestrum, et nos magnopere semper optavimus, ipsos videlicet Turcas pre ceteris infidelibus christiane Religioni obstantes, ac magnum Christifidelibus terrorem et periculum minitantes debellare, ac penitus destruere, illisque victis ac debellatis, efficere ut propheticum illud adimpleatur, unus pastor et unum ovile. Ut ergo nostram et venerabilium fratrum nostrorum sancte Romane Ecclesie Cardinalium letitiam et singulare gaudium christiano populo signis exterioribus manifestaremus, ac ipsi Deo gratiarum largitori, et a quo omne datum optimum et omne datum perfectum provenit, gratias ageremus ad ipsius Dei laudem, eiusque fidei exaltationem, solemnem missam in Capella nostra coram nobis et sancte Romane Ecclesie Cardinalibus celebrari fecimus in die assumptionis Beate Virginis, cuius apud Omnipotentem Deum intercessione factum credimus ut cor tuum inspiraretur ad confederationem dicti Emanuelis Regis optandam, et ab eo per nuntium tuum et oratorem petendam ; ipsius vero Emanuelis Regis animus accenderetur ad classem istuc mittendam, et confederationem ipsam, quam uterque vestrum pari desiderio optabat, firmandam et concludendam. Ut vero eadem maiestas tua rem ipsam intelligat quo amore eam prosequamur et in visceribus charitatis geramus, et quoscumque honores, ac privilegia, que cum nostro et huius Sancte sedis honore concedi poterunt, prout ipse E. Rex fraterna charitate tibi devinctus a nobis petit, concedere parati sumus, dummodo ipsa maiestas tua ita se disponat, ut non solum ipsa, sed omnes etiam regnicole sui, ac sacerdotes tam seculares, quam regulares in iis que fidei sunt Sancte Romane Ecclesie omnium Ecclesiarum matris conveniant, et ab ea ne in minimis quicquam discrepent. Quod ut facilius fieri possit eundem Emanuelem Regem nostris litteris hortati sumus ut aliquos Regni sui Episcopos et alios sacerdotes

Digitized by Google

vita et moribus exemplares, ac sacrarum scripturarum et iuris canonici peritos, ad Regnum istud tuum destinare velit, ut videant quas cerimonias, et quos ritus circa divinorum celebrationem servent, quove modo Patriarcha Ecclesie Alexandrine, eius occurrente vacatione, eligatur, et quomodo consacretur, quibusve indumentis ipse Patriarcha et alii dicti Regni tui presbiteri etiam in divinis utantur. Et propterea sumptum litterarum felicis recordationis Eugenii IIII predecessoris in Concilio Florentinensi editarum, per quas breviter et compendiose ipsius Orthodoxe fidei veritas, quam Romana tenet et profitetur Ecclesia, armenis populis, ut idem per omnia saperent cum Sede apostolica data fuit, ad eundem Emanuelem Regem misimus per dictos Regni sui Episcopos et nuncios suos istuc transmittendos, quo omnes intelligant, si recte orthodoxam fidem servare volunt, ut ipsi Deo, qui per suam ineffabilem clementiam omnes vult salvos fieri, sincero corde ac illibato religionis candore servire debeant. Ipsi etiam Patriarche cum ab alma Urbe nostra tam longis terre marisque spatiis distent, si in premissis nobis et dicte Romane Ecclesie, prout speramus et optamus, conformes fuerint, privilegia, et uberes gratias, quibus gregi «sue cure» credito, in his que ad salutem animarum fuerint necessaria, opportune providere valeat, concedere parati erimus. Cum autem multa sint, que nos de maiestatis tue circa orthodoxam Christi fidem devotione, ac debita erga nos et hanc sanctam sedem apostolicam, in qua permissione divina redemus, obedientia bene sperare inducunt, illud profecto maximum est, quod, ut idem Emanuel Rex nobis significat, tibi adhuc in tenera etate constituto, ea quasi divinitus mater data est, que sanctissimis moribus ac saluberrimis documentis te, donec firmior ac maturior adventabit etas, ita semper monebit, prout hactenus eam monuisse percepimus, ut in spiritualibus Deo placere, in temporalibus autem Regnorum tuorum regimen optime administrare possis, ac ipsi Deo gratias agere quod genitore defuncto, talem tibi reliquerit genitricem, que prudentissimi patris, simul ac pientissime matris officium et munus adimpleant. Quapropter maiestatem tuam in Domino hortamur, et quo possumus affectu requirimus, ut dicte matri te ad nostram et dicte sedis devotionem et obedientiam, ut obsequentem filium, ac vere Catholicum Principem decet, parere, ac in federe et unione cum dicto Emanuele Rege inita constanter ac fideliter perseverare, eiusque nuncios ad serenitatem tuam pro tam Sancto opere accedentes, pro eo devotionis fer-

Digitized by Google

vore, quem ipse Emanuel Rex te in beatum Petrum et Sedem apostolicam habere scribit tuis omnibus presidiis et favoribus complecti velis, ut te adiutore et fautore, commissa sibi negotia feliciter exequi valeant. Hortamur insuper eamdem Serenitatem tuam, ut Patriarcham et Clerum, ac Prelatos predictos, tamquam tuos et populorum tuorum veros pastores, pro nostra et apostolice Sedis reverentia omni honoris et favoris auxilio prosequi velis, et a tuis etiam subditis prosequi facias, ut in omnibus actionibus et cogitationibus tuis, Deo propitio, prosperari, ac demum post vite tue terminum a retributore omnium bonorum Domino perennis vite premium consequi merearis.

Datum Rome etc. anno etc. millesimo quingentesimo vigesimo primo, duodecimo Kalendas Octobris, Pontificatus nostri anno nono [1].

Bulla do Papa Leão X, dirigida aos Prelados da Ethiopia.

1521—Setembro 20.

Leo Episcopus etc. Universis archiepiscopis, episcopis, abbatibus, Prepositis, ceterisque prelatis atque principibus, clero, et universo populo Ethiopie et Abbitie, ac Nili Regnorum salutem.

Cum classis carissimi in Christo filii nostri Emanuelis Portugalie et Algarbiorum Regis illustris ad Regnum istud, Domino concedente, incolumis pervenerit, ipseque Emanuel Rex suorum litteris certior factus ad nos scripserit, ac per ejus oratorem nobis nunciaverit, vos fidem catholicam, quam quicumque vult salvus esse firmiter credere tenetur, fideliter credere, et beatum Petrum Apostolorum Principem Christi Vicarium fuisse, nosque ejus successorem et universalem pastorem esse, miro gaudio cor nostrum exultavit in Domino et in Jhesu salutari nostro. Paterna autem consideratione attendentes quod Deus, qui in excelsis habitat, vos in istis adeo longinquis Regnis in vera fidei unitate perseverasse, gratia sua vobis desuper suffragante concessit, Speramus etiam quod ejusdem

[1] *Cópia authentica extrahida do* ARCHIVO DO VATICANO.

Digitized by Google

sedis clementia vobis condonabitur ut hanc sanctam sedem et beatorum apostolorum limina libere adire ac reverenter visitare, et oculis videre que fratres vestri non potuerunt, tempore nostro poteritis, spiritualemque inde consolationem et mentis refectionem consequemini. Merito itaque, fratres et filii nostri, postquam hec ex dicti Regis litteris ejusque oratore de vobis audivimus, Omnipotenti Deo hostiam obtulimus jubilationis et laudis, idque vobis insinuandum duximus ut, nostrorum in Domino gaudiorum participes facti, divine pietati nobiscum gratias referatis. Hortamur itaque devotionem vestram ut christiane devotionis affectu et fidei zelo moti orationes publicas fieri faciatis, partim altissimo gratias referendo de confederatione inter vestrum et Portugalie Reges pro fidei catholice exaltatione divina permissione inita, partim humilibus ac devotis precibus divinam ejus magestatem orando ut complere dignetur opus suum, quod per Reges ipsos inchoare non dedignatus est; hortamur quoque ut velitis sedulo excogitare, que ad honorem veri Dei et hujus Sancte Sedis Apostolice, et pro honore sedentis in ea spectant et hiis reverenti ac devota mente perseveretis et subditos vestros ad perseverandum inducatis in Domino, qui piis operibus favet et in se operantes non deserit, firmam et validam spem gerentes quod in omnibus actionibus et cogitationibus vestris feliciter prosperabitis, ac demum post hujus vite terminos ab ipso Deo omnium bonorum retributore perennis vite premium consequemini; vobisque persuadeatis quod vos tamquam peculiares fratres et dilectos filios nostros in visceribus charitatis semper habebimus, ac pro vobis et toto populo christiano nobis credito continuas preces effundemus ut animas vestras in ea puritate qua create et redempte fuerunt, earum creatori et redemptori tandem reddere possitis; nosque talem gratiam consequi valeamus ut vos aliquando oculis nostris inspicere ac coram benedicere possimus. In divina autem clementia speramus quod pium desiderium nostrum aliquando exaudire, ac nos voti nostri hujusmodi compotes facere dignabitur, quam etiam vos toto corde et sine intermissione super hoc orare atque exorare non omittetis, nostrisque paternis tanquam ab ipso Deo vobis missis monitionibus alacri et prompto animo parere curabitis.

Datum Rome apud Sanctum Petrum anno millesimo quingentesimo vigesimo primo, duodecimo kal. Octobris, anno nono [1].

[1] *Cópia authentica extrahida do* ARCHIVO DO VATICANO.

Digitized by Google

Bulla do Papa Leão X, dirigida ao Patriarcha de Alexandria.

1521 — Setembro 20.

Leo Episcopus etc. Venerabili fratri Marco Patriarche Alexandrino salutem.

Magnas Omnipotenti Deo gratias nuper egimus postquam charissimus in Christo filius noster Emanuel Portugalie et Algarbiorum Rex illustris per suas litteras nos certiores fecit classem suam, quam pro federe cum carissimo in Christo filio nostro David Ethiopie et Abbitie ac Nili Rege illustri contra sarracenos et quoscumque alios infideles ineundo miserat, divina clemencia salvam et incolumem ad Regna ista penetrasse, ac perpetuam confederationem et amicitiam inter Emanuelem et David Reges prefatos ad Omnipotentis Dei laudem christianeque fidei exaltationem firmatam et conclusam fuisse, ut vinctis animis ac viribus sanctam contra dictos infideles expeditionem suscipiant, ac terram sanctam et venerandum Christi Redemptoris nostri sepulcrum a saracenorum misera captivitate redimant, ac ipsius Christi fidem ut in celo ita etiam in terris triumphantem reddant. Que res magno gaudio ac spirituali consolatione animum nostrum maxime replevit. Illud etiam summopere nobis placuit quod idem Emanuel Rex per easdem litteras suas nobis diligenter significavit se ex suorum litteris ac nunciis certum et exploratum habere Regnorum istorum incolas et habitatores tam laicos quam ecclesiasticos circa orthodoxe fidei veritatem, presertim in substantialibus idem tenere quod Romana tenet et profitetur Ecclesia, credereque beatum Petrum Apostolorum Principem verum Christi vicarium in terris fuisse, nosque ejus successorem esse, et Sanctam Romanam Ecclesiam tamquam matrem suam recognoscere. Preterea sacerdotes ac presbiteros in Ecclesiis suis preces Deo fundere, ac missas et horas canonicas diurnas pariter et nocturnas dicere et celebrare, ut merito sperare ac nobis ipsis promittere possimus, intra paucos annos christianam fidem suos terminos longe lateque propagaturam fore, modo nos tales prestemus et pre-

Digitized by Google

beamus ut nobis ipsis minime defuisse videamur id quod Emanuel et David Reges prefati temporalibus presidiis eniti, nos vero spiritualibus orationibus ab Omnipotenti Deo humiliter exorare atque implorare debemus, et in sancta fidei unione ita perseverare, ac inconsutilem Domini tunicam, quam miles impius servavit illesam et inviolabilem, custodire, ut in divine majestatis conspectu gratiam invenire mereamur. Cum autem fraternitatem tuam latere non debeat ex illo singularis excellentie privilegio, quod unigenitus Dei filius Jhesus Christus Petro Apostolorum Principi concessit, procedere ut omnes tam seculares quam ecclesiasticas dignitates obtinentes obedientiam et reverentiam debitas et devotas nobis et huic Sancte Sedi Apostolice prestare teneantur, propterea fraternitatem ipsam tuam in Domino hortamur ac paterna charitate requirimus ut nos et dictam Sedem, prout teneris, filiali obedientia revereri eique in omnibus deferre studeas. Quod si, ut speramus et optamus, feceris, proprie saluti ac etiam honori et commodo tuo et gregi tue cure credito consules; nosque, qui Patriarchas et Episcopos omnes fraterna charitate diligimus et amamus, ad omnes gratias et privilegia, que cum nostro et dicte Sedis honore concedi poterunt, tibi elargienda semper benignos et liberales invenies; fraternitas igitur tua de die in diem in nostra et Sancte Romane Ecclesie dilectione et obedientia proficere ac gregem suum in ea conservare et retinere curabit. Nos vero pii more patris continuas preces fundemus ut gratia Dei et Domini nostri Jhesu Christi sit semper vobiscum, eademque fraternitas tua, firmam et solidam de Sede Apostolica et Petri successore vicario Jhesu Christi spem opinionemque habens, ejusdem Sedis Apostolice dogmata, que ipse Emanuel Rex nostro nomine ad eam mittit, devote suscipiet ac populis suis fideliter tradet. Ut vero doctrine et sapientie lumine impleamini, quibus possitis et sciatis non solum vosmetipsos in recta Domini via conservare, sed etiam populos et nationes proximarum gentium et regionum in animarum vestrarum lucrum dirigere et una vobiscum ad vitam ducere sempiternam.

Datum Rome etc. anno etc. milesimo quingentesimo vigesimo primo, duodecimo kalendas Octobris, anno nono [1].

[1] *Copia authentica extrahida do* ARCHIVO DO VATICANO.

Digitized by Google

Carta de el-Rei para D. Miguel da Silva.

1521—Novembro 26.

Dom miguel amiguo nós elRei vos enviamos muyto saudar.

Os dias pasados, como creemos que serès lembrado, vos sprevemos e emviámos carta pera o santo padre sobre a expidiçam do capello de cardeal para o arcebispo de lixboa, e vos mandámos o que a sua santidade niso de nosa parte fallaseis, asy da merce que sua santidade niso nos farya, e como asy o Receberiamos e ystymariamos, como se pera hum filho meu lho sopricasemos, por seus grandes seruiços que delle temos Recebidos, como por suas vertudes e grandes merecimentos no spritoall e temporall diinos de toda honra e acrecentamento. E nos respondestes entam a booa vontade que pera yso achaueis em sua santidade, e como por follguar de nos fazer merce lhe prazia o outorgar e niso nos satisfazer, pero que a cota dos treze mil ducados, que ho arcebispo offerecia, lhe parecera pouco, com todo o mais que sobre yso nos entam spreuestes; e de entam ate agora nom ouue lugar pera nisto mais se entender, porque pella pestinença pasada o arcebispo esteue sempre alongado de nós, e amdou por noso mandado acompanhando e seruindo a senhora Rainha minha irmaã, e tambem porque elle ficou muito gastado do grande gasto que fez no Recebimento da entrada da Rainha etc. nestes reynos, em que muy honradamente nos seruio, e por outras causas que nam deram pera esta negociaçam lugar. Agora, allem da obrigaçam que temos pera follgar de lhe fazer merce, asy da parte de seus boos seruiços como da parte de sua bondade, virtude, e grande merecimento pera esta onra e acrecentamento com muita Rezam lhe caber, se oferece mais elle nos seruir na ida da Ifante minha filha, com quem a enviamos a saboya, o que elle aceytou com tam booa vontade como sempre tem pera as cousas de noso seruiço, que ainda nos faz mais ystimar o seruiço que niso nos faz, e se aparelha pera yso muyto onradamente e gasta niso muito de sua fazenda, pello qual, allem de seus seruiços pasados, este nos obriga aimda muito mais e desejamos ser concludido este seu negocio, pello qual vos encomendamos muito que vós fallès logo de nosa parte ao santo pa-

Digitized by Google

dre e lhe dizê que sua santidade será lembrado da merce que lhe mandámos pidir e sopricar deste capello de cardeal pera o arcebispo, e do que niso vos respondeo que folgaua de fazer por nos fazer merce, pello que lhe beijamos seus santos pees e de nosa parte lhos beijarês. E que sómente ficou por concludir por parecer a cota que o arcebispo oferecia, que eram treze mil ducados, pequena, Ao que despois ate agora se nom Repricou a sua santidade, nem o tempo deu lugar a niso se entender pellos impidimentos atras ditos: que pidiimos muito por merce a sua santidade que por nos fazer grande merce lhe prazerá conceder e outorgar ao dito arcebispo o dito capello de cardeall por os ditos treze mil cruzados, e que crea que se elle ha mais podera chegar o fizera com muy booa vontade. E que por esta cota ho fazer ho Receberemos de suà santidade em merce, asy como se por menos o fezera a cada hum de meus filhos, e que, o que elle agora gasta e despende por noso seruiço nesta viagem que faz com a yfante minha filha, pidimos a sua santidade que Receba em comta, porque nós como por propria merce que o dito nos faz o Recebemos, e pera acerqua de todo o que dito he lhe fallardes vos enuiamos com esta nosa carta de cremça. E vos encomendamos muito que na conclusam deste negocio, pera se acabar e concludir pella cota dos ditos treze mil ducados, trabalhês como se pera hum de meus filhos vos encomendasemos esta sopricaçam, porque asy volla encomendamos e Receberemos de vós em seruiço o que niso trabalhardes e fezerdes: e tambem spreuemos sobre yso a carta que com esta vay ao cardeall de santy quatro, pella qual muyto aficadamente esta expidiçam lhe encomendamos e vos damos crença pella dita carta, e tambem vos enviamos cartas de crença pera f. e f. pera deles vos aprouèytardes neste negocio e lhe fallardes o que vos bem parecer de nosa parte pera tomarem cuidado da conclusam, e nós cremos que ho arcebispo terá boom cuidado de lhe fazer seus presentes como seja rezam e que nam vaa o trabalho diso de vazio; e com os primeiros Recados follgamos que nos sprevaes o que niso fazees; e muito vos encomendamos ponhaes nisto todas vosas forças pera se acabar e concludir pelos ditos treze mil cruzados, porque asy nos aveemos niso por seruido de vós como pera cada huum de meus filhos fose, como dizemos. Sprita.....[1]

[1] *Rascunho sem data no* ARCH. NAC., Corpo Chron., Part. 1, Maç. 27, Doc. 75. *Diz á margem*: «Do arcebispo de lixboa—De XXVI dias de nouembro 1521.»

Digitized by Google



Digitized by Google

REINADO

DE

EL-REI D. JOÃO III.

Digitized by Google

Digitized by Google

Carta de el-Rei a D. Miguel da Silva.

1521—Dezembro 19 (?).

Dom Miguel amigo nós elRey vos enviamos muyto saudar. Por muy certo aveemos que avees de Receber muyto pesar da noteficaçam destas nouas, que com muyta dor nojo e sentymento nom podemos escusar de vos noteficar, e he asy muyta rezam pella grande obrigaçam que pera yso temdes. ElRey meu senhor e padre, que santa glorya aja, adoeceo de huumas febres tam agudas que nom vyueo mais de noue dias, e no cabo delles prouue a noso senhor ho leuar pera sy, Recebidos despois de confesado e comungado todos os outros santos sacramentos, e com tam ynteiro conhecimento de sua morte como elle sempre ho teue das cousas de seruiço de noso senhor, a que todas suas obras sempre foram aderemçadas; e de seu fallecimento Recebemos tamta dor nojo e sentymento como he a rezam e obrigaçam que pera yso temos, pero quanto em nós he trabalhamos por conformar nosa vontade com ha de noso senhor, e lhe damos graças e louuores por asy se aver por seruydo, asy como por todas suas obras todos ho deuemos fazer; e confiamos na sua myserycordia que pois a estas cousas nom ha outro mais certo Remedio nom aleuantará a mão de sobre nós, e nos consollará de modo que o posamos asy seruir como he a obrigaçam que temos e o desejamos. Noteficamos ao santo padre por nosa carta este fallecimento delRey meu senhor e padre, que samta glorya aja, asy como o deuemos fazer, e por muy certo avemos que sua santidade receberá por yso grande sentymento por ter nele, allem da obrigaçam geral, tam especial seruidor, e que com tamto amor desejaua fazer as cousas de seu seruiço. Day a sua santidade nosa carta, e dizê lhe de nosa parte que muyto nos prouuera de poder escusar lhe dar noteficaçam de taes nouas, mas pela obrigaçam que teemos pera yso nom podemos leixar de ho fazer; que esperamos em noso senhor que asy

Digitized by Google

como nelle perdeo filho tam obidiente e tam verdadeiro seruidor, asy cobrará em nós outro tall, que nisto nom aveemos menos de trabalhar por allcançar a sua beençam do que em todallas cousas e obras, que como tam christyanysymo principe sempre fez; com todas outras mais palauras, que vos bem parecerem a este proposito, as quaaes ouuemos por escusadas pera vós que sabemos que tambem ho saberês fazer, e asy como em tal tempo..... por noso seruiço. Nós fomos logo alleuantado por Rey, segundo que nos taes tempos se costuma fazer nestes Reynos, por todos os tres estados, e esperamos em noso senhor que asy teera maaõ em nosas cousas que lhe prazerá nos dar lugar e tempo pera ho seruirmos como desejamos. Pareceo nos bem vollo fazer tambem saber pera o poderdes dizer a suà santidade. Sprita..... [1].

Carta de D. Miguel da Silva a el-Rei.

1522—Maio 9.

Senhor. — Porque vosa alteza me manda que de todallas novas desta terra lhe dê larguamente conta, o farey nesta; e porque da morte do papa lião, e maneira do concraui, e defferenças dos cardeais, e deuisão do colegio em franceses e inpiriaes, e per derradeiro da milagrosa e santa eleição do papa adriano, e asi da tomada de cornay, e a maneira em que se a fortaleza deu com toda artelharia, que era muita, quasi nos olhos d elRey de França, eu tenho escrito com diligencia, e per desvayrados correos a elRey vosso padre, que deus tem, mandando por cada correo o trelado do mesmo, e he inposivel que alguum delles nom seja pasado a saluamento, nam tornarey mais nesta a repricar aquella materia; soomente direy que na eleição deste papa ninguem nam se pode gabar que teue nenhuuma parte, porque deus soo por sua misericordia pera alguum grande effeyto a guiou por sua mão, que, na maior confusão e menor esperança de tam cedo se poder concruir ninhuum bem, huuma manhaã

[1] *Minuta sem data no* Arch. Nac. Cartas missivas Maç. 2, n.º 341. *No verso da pagina lê-se:* «Quinta feira xix dias de dezembro 1521 o aleuantamento delRey.»

Digitized by Google

se acharão amigos e imigos todos de huum parecer, e consire vossa alteza se o milagre he manifesto que sendo toda a diferença por nam fazerem papa inperial os franceses, que asi se chamam ja mal pecado, e dando o cardeal de medices aquella manhaã seus votos a este por provar se por ventura, como se faz nas eleições aas vezes, outrem por jogatar tiuese feyto o mesmo e saise papa e nam sendo porem asi, no ponto que forão lidos os quinze votos que tinha, todollos outros cardeais franceses e não franceses, e alguuns delles não sabendo se este homem era viuo se morto, se aleuantarão e como fóra de si a quem iria primeiro lhe derão seus votos todos por aceso, e ouue hi tal dos mais firmes na fee francesa que, acabado de lho ter dado e delle ser papa, se voltou aos que estauão a par delle preguntando lhes que homem era este. Desta maneira foy elegido santamente, e bem sem simonia nem sospeita della, papa adriano aos IX de janeiro 1522, XIIII dias depois de os cardeaes entrarem em conclaui, e quarenta e dous despois da morte de papa lião; e se a homens humanamente se ha de atribuir parte desta criação, primeiramente se atribuirá ao cardeal de medicis, que lhe deu XV votos, e despois delle ao cardeal da minerva, geral que foy da hordem de são domingos, que foy o primeiro que se aleuantou e dise quatro palavras em louuor da pesoa do papa como por exortação aos outros cardeaes: tras ysto todo o que he foy pollo esprito santo manifestamente.

Esta eleição por se aver como feyta na propria pesoa do emperador, sendo este homem seu mestre e seu governador e em sua casa, sosteue as cousas de sua alteza em pee, temendo se todo o contrairo morrendo papa lião, per cujo falecimento parecia que falecia todo o Remedio de poder manter as cousas de Italia. E nam soomente se manteve o estado de millão, mas sempre seu exercito esteve com avantagem no campo ate que a tardança do papa e diligencia de alguuns cardeaes franceses, e principalmente ao do cardeal soderino pollo grande odio que tem ao cardeal de medicis começou a mover alguuma Revolta pera ver se o podia deitar fóra de florença, avendo por certo que sua pesoa e autoridade nesta Repubrica he huma grande ajuda das cousas do emperador como he. Com dinheiros de frança e de alguuns cardeais que ajudão esta parte, e do mesmo cardeal soderino, o Senhor Renço vrsino com dez mil homens de pee e quasi mil de cavallo veio a sena pera lançar fora o cardeal petruchi, que governa aquelle estado, e em sena achou tal

Digitized by Google

encontro e asi por toda a terra de seneses, que nam pode tomar huum soo pombal, e per derradeiro, viindo aos muros de sena e nam podendo entrar, deu vergonhosamente a volta perdendo boa parte da gente, e polla fama os seus falecendo lhe as bitoalhas folgavão de os prenderem por lhes darem de comer. E neste mesmo tempo os bentiuolhas desterrados de bolonha, filhos de Joham bentiuolha, tiranno que fora daquella cidade, vierão aas portas com acerca de seis mil homens e quinhentos cavallos, e a cidade se poos em armas, e valentemente sayo toda a gente fóra e os desbaratou e prendeo huuma grande parte, e tomou lhes toda a artelharia que trazião. Em lonbardia os franceses, casi como sendo com estoutra gente de falla pera em huum mesmo tempo querer provar a fortuna, forão casi no mesmo dia a poher cerco a pavia, onde estaua o marques de mantua capitão da igreja, o qual a defendeo tam bem que franceses aleuantarão o campo e perderão cento e vinte lanças grosas; e vindo já a elle prospero coluna capitão geeral do emperador soccorrer, e achando que se aleuantavão e sem muyta ordenança, lhes matou huuma boa parte de soiços. E em todas estas partes venceo a parte imperial estes dias passados, e o cardeal de medicis em todos teue muy grande parte e ajudou grandemente com dinheiros e gente.

Ha dez de feuereiro escreui a vossa alteza como se esperava então que suiços viesem em ajuda de franceses, e asi foy que vierão XVI mil. Ho emperador mandou o duque com oyto mil alemães, e antes que elle achegase erão viindos sete mil outros, de maneira que quando entrou em millão, onde com grande alegria dos pouos foy Recebido, tinha esta gente seguinte: alemãis XV mil, IIII mil espanhois, e pasante de VIII mil italianos, isto gente de pee: de cavallo antre homens darmas da igreja e do emperador mil homens darmas e mil e quinhentos cavallos ligeiros. Da gente darmas e como geral capitão prospero coluna: da gente de pee toda o marques de pescara: da gente do papa ho marques de mantua. Franceses tinhão suiços XVI mil seus e de venezeanos, III mil Itallianos, e outros tres mil que elles pagavão; lanças grosas seiscentas. Venezeanos trezentas e outras alguumas de amigos Itallianos. Estes dous exercitos se esperava cada dia que pelejasem em batalha campal, e prospero colona por sempre fugir as ocasiões diso nam deixava o mundo de o Reprender alguum pouquo, até que mostrou que o tinha feyto como boom e sabio capitão vencendo sem ninhuuma perda de sua gente. E a maneira, se-

Digitized by Google

nhor, da vitoria foy esta que cada dia mudava o alogiamento, andando sempre tirando as bitoalhas aos imigos, e poendo seu campo e exercito em lugares taes, que cumprise aos franceses ou aleuantar o arraial ou ir pelejar com elle a sua casa, e os lugares onde se asentaua erão sempre muy fortes, e com a muyta artelharia que traz os fazia como fortalezas: a terra era imiga de franceses; as bitoalhas nam se podião aver sem pelejar; de maneira que os poos como bom capitão em tanta necesidade de tudo que os suiços diserão que se querião tornar pera suas casas, e os venezeanos parece que dizião o mesmo. Vendo isto monsenhor de lutreche, e o bastardo de saboia grão mestre de França, que veio com os suiços e no campo tinha a principal autoridade, pareceo lhes bem, já que se querião partir, prouar a fortuna primeyro, e nam com muito boom conselho ditirminarão de ir conbater o arraial dos imigos no proprio lugar onde estaua asentado. Ho lugar se chama a bicoca huuma legoa e mea de millão no caminho direito de monça, que he huum lugarete onde os franceses estauam alem da bicoca outra legoa e meia, de maneira que estaua o campo do emperador antre millão e os imigos a meio caminho: este lugar he todo cercado de grandes cavas e acequias, como he toda Lombardia, e estaua de maneira ordenada a artelharia que huuma mosca nam podia passar sam dar nella. No ponto que a millão veio o aviso que franceses vinhão em som de querer pelejar, o duque de millão saio com doze mil milaneses e quinhentos de cavallo pera se achar na peleja, e já quando chegou achou a cousa começada, todavia sua chegada foy grande ajuda aos do emperador. Franceses Repartirão sua gente em tres partes; A metade dos suiços, com todallas cabeças dos amigos delRey de França, mandarão a dar de peitos na artelharia; os venezeanos polla parte mais fraca do campo; elles com a gente d armas por huuma ilharga, cuydando que sendo daquella parte millão que nam averia cavas, e as que ouuese os imigos as terião cheas pera se poderem milhor seruir da cidade; e nam era asi que todas as partes estauão a bom Recado. Os suiços quiserão fazer o que lhes mandarão e acharão huuma cava que não podião pasar, e todavia provando a escopetaria espanholla e alguuns alemais lhes matarão no primeiro asalto quatro mil homens: a gente darmas francesa, que passara huuma cava, querendo pasar huuma ponte, que adiante avia, achou de Rosto a gente do duque de millão e sua pesoa e a gente d armas de napolles de huuma parte, e da outra a escope-

Digitized by Google

cti Cristophori huiusmodi tanto tempore vacaverint quod Monasterii prouisio et Prioratus huiusmodi collatio iuxta Lateranensis statuta Concilii aut alias canonicas sanctiones ad sedem apostolicam legitime deuoluta, ipseque Prioratus dispositioni apostolice specialiter reseruatus existat, et dicti Monasterii sancti Cristophori prouisio ad sedem eandem ex quauis causa specialiter vel generaliter pertineat, et Consistorialiter fieri debeat, et ad Prioratum huiusmodi consueuerit quis per electionem assumi, eique cura immineat animarum super eo quoque ac regimine et administratione predictis inter aliquos lis cuius statum presentibus haberi volumus pro expresso pendeat indecisa, dummodo tempore Dat. presentium in dicto Prioratu alicui specialiter ius quesitum et eidem Monasterio sancti Cristophori de Abbate prouisum, aut illud commendatum canonice non existat, cum omnibus iuribus et pertinentiis suis tibi, si adhuc clericali caractere insignitus non sis, postquam caratere huiusmodi insignitus fueris per te quoaduixeris, etiam vna cum omnibus et singulis beneficiis ecclesiasticis, cum cura et sine cura, secularibus et quorumuis ordinum regularibus, que ex quibusuis concessionibus et dispensationibus apostolicis in titulum vel commendam obtines et im posterum obtinebis, ac pensionibus annuis, quas super quibusuis fructibus, redditibus et prouentibus ecclesiasticis percipis et percipies in futurum, tenenda, regenda et gubernanda, Ita quod liceat tibi, debitis et consuetis Monasterii sancti Cristophori et Prioratus huiusmodi supportatis oneribus, ac Quarta si Abbatialis seorsum a Conuentuali pro sustentatione fabrice ac ornamentis vestibus paramentis emendis ac pauperum alimonia prout maior exegerit et suaserit necessitas, si vero Mensa communis fuerit Tertia omnium fructuum eiusdem Monasterii sancti Cristofori parte pro supradictis oneribus supportandis, ac sustentatione Monachorum omnibus aliis deductis oneribus Annis singulis impartita de residuis illorum fructibus, redditibus et prouentibus disponere et ordinare, sicut Monasterii huiusmodi Abbates, et dictum Prioratum in titulum pro tempore obtinentes de illis disponere et ordinare potuerunt, seu etiam debuerunt, Alienatione tamen quorumcunque bonorum immobilium et pretiosorum mobilium Monasterii sancti Cristophori et Prioratus predictorum tibi penitus interdicta, auctoritate apostolica commendamus, curam, regimen et administratiõnem dicti Monasterii sancti Cristophori tibi in spiritualibus et temporalibus plenarie committendo. Quocirca venerabilibus fratribus nostris Colimbriensi et La-

Digitized by Google

macensi Episcopis, ac dilecto filio Officiali Visensi per apostolica scripta motu simili mandamus quatinus ipsi, vel duo aut vnus eorum, per se vel alium seu alios, tibi in adipiscenda possessione vel quasi regiminis et administrationis ac bonorum dicti Monasterii sancti Cristophori assistentes, teque, prestito prius per te iuramento infrascripto, vel procuratorem tuum tuo nomine, in corporalem possessionem Prioratus iuriumque et pertinentiarum predictorum inducant auctoritate nostra et defendant inductum, amoto ab eodem Prioratu quolibet illicito detentore, ac faciant te vel pro te procuratorem tuum predictum ad Prioratum huiusmodi vt est moris admitti, tibique a dilectis filiis Conuentu dicti Monasterii sancti Cristophori obedientiam et reuerentiam debitas et deuotas, necnon vassallis et aliis subditis dicti Monasterii sancti Cristophori consueta seruicia et iura tibi ab eis debita exhiberi, ac de Prioratus huiusmodi fructibus, redditibus, prouentibus, iuribus et obuentionibus uniuersis responderi integre, Contradictores auctoritate nostra appellatione postposita compescendo: Non obstantibus pie memorie Bonifacii pape VIII, etiam predecessoris nostri, et aliis Constitutionibus et ordinationibus apostolicis, ac Monasteriorum et ordinum predictorum iuramento, confirmatione apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis statutis et consuetudinibus, contrariis quibuscunque. Aut si aliqui super prouisionibus seu commendis sibi faciendis de Prioratibus huiusmodi spetiales vel aliis beneficiis ecclesiasticis in illis partibus generales dicte sedis vel Legatorum eius litteras impetrarint, etiam si per eas ad inhibitionem reseruationem et decretum, vel alias quomodolibet sit processum, quibus omnibus te in assecutione dicti Prioratus volumus anteferri, sed nullum per hoc eis quoad assecutionem Prioratuum seu beneficiorum aliorum preiudicium generari. Seu si venerabili fratri nostro Episcopo Colimbriensi, et dilectis filiis Monasteriorum predictorum Conuentibus, ac prefatis Vasallis et subditis vel quibusuis aliis communiter vel diuisim ab eadem sit sede indultum quod ad receptionem vel prouisionem alicuius minime teneantur, et ad id compelli, aut quod interdici suspendi vel excommunicari non possint, quodque de Prioratibus huiusmodi vel aliis beneficiis ecclesiasticis ad eorum collationem, prouisionem, presentationem, electionem, seu quamuis aliam dispositionem coniunctim uel separatim spectantibus, nulli valeat prouideri seu commenda fieri, per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem, et qualibet alia

Digitized by Google

dicte sedis indulgentia generali vel speciali cuiuscunque tenoris existat, per quam presentibus non expressam vel totaliter non insertam effectus huiusmodi gratie impediri valeat quomodolibet vel differri, et de qua cuiusque toto tenore habenda sit in nostris litteris mentio spetialis. Volumus autem quod propter commendam huiusmodi in dicto Monasterio sancti Cristophori diuinus cultus ac solitus Monachorum et Ministrorum numerus nullatenus minuatur, ac Prioratus huiusmodi debitis propterea non fraudetur obsequiis, et animarum cura in dicto Prioratu, si qua illi immineat, nullatenus negligatur, sed eius ac Monasterii sancti Cristophori huiusmodi congrue supportentur onera antedicta. Volumus autem quod antequam in Prioratus possessionem inducaris, ac in aliquo regimini et administrationi Monasterii sancti Cristophori huiusmodi te immisceas, in dictorum Colimbriensis et Lamacensis Episcoporum ac Officialis, aut alicuius eorum, manibus, nostro et Romane ecclesie fidelitatis debite, iuxta formam quam sub bulla nostra mittimus introclusam, solitum prestes iuramentum, ac formam iuramenti huiusmodi quod prestiteris nobis de verbo ad verbum per tuas patentes litteras tuo sigillo signatas per proprium Nuntium quantotius destinare procures. Et insuper ex nunc irritum decernimus et inane si secus super hiis a quoquam quauis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attemptari. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre absolutionis, commende, mandati, voluntatis et decreti infringere, vel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attemptare presumpserit indignationem omnipotentis dei, ac beatorum Petri et Pauli Apostolorum eius, se noverit incursurum.

Datum Rome apud Sanctum petrum Anno Incarnationis dominice Millesimo quingentesimo uigesimo secundo, Sexto Nonas Martii, Pontificatus nostri Anno Primo. — *T. Hezius* [1].

Forma juramenti. — Ego Henricus de Portugallia clericus seu scolaris vlixbonensis, ac Monasterii sancti Cristophori de Lafones et Prioratus Monasterii per Priorem gubernari soliti sancti Georgii, Cistertiensis et sancti Augustini ordinum, Visensis et Colimbriensis diocesium, perpetuus Commendatarius, ab hac hora in antea fidelis et obediens ero beato Petro sancteque apostolice Romane ecclesie et domino nostro domino Adriano

[1] Arch. Nac., Maç. 3 de Bullas, n.° 6.

Digitized by Google

pape VI ac eius successoribus canonice intrantibus. Non ero in consilio aut consensu vel facto vt vitam perdant aut membrum, seu capiantur aut in eos manus violenter quomodolibet ingerantur, vel iniurie alique inferantur, quouis quesito colore. Consilium vero quod michi crediturí sunt per se aut Nuntium seu litteras ad eorum damnum me sciente nemini paudam. Papatum Romanum et Regalia sancti Petri adiutor eis ero ad retinendum et defendendum contra omnem hominem. Legatum apostolice sedis in eundo et redeundo honorifice tractabo et in suis necessitatibus adiuuabo. Jura, honores, priuilegia et auctoritatem Romane ecclesie domini nostri pape et successorum predictorum conseruare, defendere, augere et promouere curabo, nec ero in consilio facto seu tractatu, in quibus contra ipsum dominum nostrum vel eandem Romanam ecclesiam aliqua sinistra vel preiudicialia personarum iuris, honoris, status et potestatis eorum machinentur; et si talia a quibuscunque procurari nouero vel tractari impediam hoc pro posse, et quantocius potero commode significabo eidem domino nostro, vel alteri, per quem ad ipsius notitiam peruenire possit. Regulas sanctorum patrum, decreta, ordinationes, sententias, dispositiones, reseruationes, prouisiones et mandata apostolica totis viribus obseruabo, et faciam ab aliis obseruari. Hereticos, scismaticos et rebelles domino nostro et successoribus predictis proposse persequar et impugnabo. Vocatus ad Synodum veniam, nisi perpeditus fuero canonica perpeditione. Possessiones vero ad Monasterium sancti Cristophori et Prioratum predicta pertinentes non vendam nec impignorabo, vel aliquo modo alienabo, etiam cum consensu Conuentuum Monasterii sancti Cristophori et Prioratus predictorum, Inconsulto Romano Pontifice. Sic me deus adiuuet et hec sancta dei Euangelia. — *A. de Castillo* [1].

[1] ARCH. NAC., Maç. 34 de Bullas, n.° 15.

Digitized by Google

Breve do Papa Adriano VI, dirigido a el-Rei.

1523 — Março 3.

Adrianus papa vi Charissime in christo fili noster salutem et apostolicam benedictionem.

Nouit ille, in cuius conspectu clara sunt omnia, quod quamprimum intelleximus diuinae prouidentiae dispositione nos ad summi apostulatus apicem, meritis licet imparibus, assumptos fuisse, ac humeris nostris vniuersalis ecclesie pondus incumbere, Nos christi Redemptoris nostri memores, qui in coelum ascensurus Discipulis suis mutuam dilectionem et pacem testamento reliquit, nihil impensius cogitare, atque animo nostro tractare coepimus, quam rationes et modos quibus christiani Reges et Principes inter se dissentientes, ac nefariis preliis (quod dolenter referimus) christianum sanguinem effundentes, fraterna, vt pios ac ueros christianos decet, pace coniungerentur, vnitisque indissociabili federe animis ac viribus communem hostem Turcarum Tyrannum aggrederentur. Quem cum antea semper, tum maxime postquam Belgrado Regni Ungariae claustro potitus fuerat, nec multo post Insulam Rhodum totis viribus obsidere coeperat, nihil aliud moliri, atque in animo habere videbamus, quam vt duabus illis obicibus, quae impios eius conatus reprimebant, effractis, vniuersam christianitatem presidiis ac propugnaculis omnibus denudatam, terra, marique inuadere, ac innumerabilibus, quas habet, copiis inundare ac obruere posset. Quod equidem plurimis christianorum Principum, et praesertim Hispaniarum, Francorum et Angliae Regibus significare voluimus, eosque validissimos in mutuam perniciem exercitus alentes paterna charitate monuimus, vt arma contra christianos parata deponerent, ac de mittendo subsidio ad dictam Insulam ab infidelium exercitu circumsessam, et christianorum suppetias implorantem cogitare vellent. Sperabamusque cum litteris tum specialibus ad eos nuntiis nostris ad hoc vnum destinatis consequi atque efficere posse, vt salutaribus consiliis, ac paternis monitionibus nostris prius parerent, ac necessaria subsidia mitterent, quam dicta Insula in hostium potestatem deueniret. Sed proh do-

Digitized by Google

lor, ac totius christiani nominis perpetuum dedecus, dum nos consulendo, rogando, atque monendo, ipsi uero Reges cunctando et differendo, ac alter alterum spectando, et quod deterius est, etiam bella continuando, tempus frustra conterimus. Interim, sicut nuper non sine multis lachrimis ac intimo cordis merore accepimus, infelix Rhodus omni desperato auxilio ab immanissimis Turcis capitur. Quo nobis nunciato ad predictos Reges seuere scripsimus, eisque sub interminatione diuinae indignationis, ac vltimi iudicii vindicta mandauimus vt si non pacem perpetuam, saltem aliquot annorum inducias inter se inire, communique incendio, quod prope adest, occurrere curent, idque caeteris etiam christianis Regibus ac potentatibus significare, eorumque animos efficacibus litteris excitare non omisimus. Cum autem Nos minime lateat regiam Serenitatem tuam ex illo inclyto Rege natam esse, qui turpe ac impium esse censens contra christianos, fratres nimirum suos, arma capere, potiusque iniuriam quamlibet ferendam esse, omnes Regni sui vires et opes contra infideles conuertit, ac dextera Domini sibi assistente propicia tot ex illis victorias reportauit, totque populos et Regna Imperio suo subegit, vt eius gloria nullis unquam saeculis interitura sit, credamusque te paterno exemplo ad similem gloriam capessendam dies ac noctes incitari, nec alienis hortationibus multum indigere, Vt nostro tamen fungamur officio, et ne te tantum tamque christianissimum Principem, qui maxima presentibus malis remedia afferre potes, preteriisse uideamur, Maiestatem tuam per christi misericordiae viscera hortamur, et in uirtute Sanctae obedientiae, quam Deo et eius Vicario debes, requirimus vt periculum ingens quod vniuersae christianitati imminet, oculis atque animo suo proponere velit, nec quantum absit hostis cogitare, Sed quam tremendis viribus abundet et quam facile ac celeriter omni sublato impedimento, ad quascunque christianorum Prouincias tam terrestres quam maritimas accedere, ac ex improuiso adoriri possit, qui nisi celeri apparatu ita preueniatur, vt illi cogitandum sit quomodo fines proprios defendere queat Nulla iam maria, nulleue ad coelum alpes eius impetum reprimere, aut retardare poterunt, quin (quod Deus auertat) Siciliam, Italiam, Vngariam, Hispaniam, ac omnes Europae (quae nobis adhuc supersunt) Prouincias infestare, diripere, ac etiam debellare possit, Quodque facile sit illi futurum, si christianorum contumax desidia perseuerauerit. Vtinam ipse non intelligat et omnipotens Deus per suam clementiam et misericordiam hoc eum mente

Digitized by Google

uoluere prohibeat. Non enim vires eius adeo timendae sunt, vt de christianorum populorum constantia dubitandum videtur, quos omnifariam Principum suorum iniuriis exacerbatos, ac immodicis exactionibus exhaustos, plerique existimant ad Turcas, licentiam uiuendi sub qua quisque velit fide, ac preter modicum Tributum, summam immunitatem et libertatem illis qui se sponte dedunt, offerentes, et obseruantes, absque magna difficultate defecturos, nec se vitae ac rerum suarum periculis exposituros esse. Quamobrem oculos aperiant necesse est Reges et Principes christiani, alioquin Ve eis si potentiam, quam a Deo acceperunt, non ad illius nominis gloriam et populi eius electi defensionem Vti, sed in mutuam perniciem abuti, et sicut pigri serui talentum sibi creditum ociosum tenere voluerint. Quod si (quod Deus auertat) fecerint, vehementer eis timendum est, ne is qui terribilis est, et aufert spiritum Principum, quique Regnorum omnium conditor et dator est, et in presenti Regna illis eripiat, atque, vt in euangelio legitur, vineam suam locet aliis agricolis qui fructum suum reddant tempore suo, et ipsi in futuro iudicium eius non euadant. Quod superest, fili noster Charissime, Celsitudinem tuam ex intimis animi et cordis Visceribus iterum atque iterum hortamur, ac ex parte illius, cuius vices gerimus in terris, obtestamur vt dictos Reges, quantum in te fuerit, ad dictam pacem, vel saltem annorum aliquot inducias, viis ac modis omnibus per oratores tuos, quos apud illos habes, inducere nitaris, et tamquam christi athleta, eiusque sancte fidei gloriosus et semper inuictus pugil futurus, potens brachium tuum contra infideles Turcas duplici victoria elatos, ac totius christianitatis imperio inhiantes celeriter et intrepide armes, et ab ista tenera adhuc aetate tua meditari incipias quomodo christi fidem in tantum discrimen adductam tueri, ac titubantes christianorum animos confirmare possis. Existimesque non minus tibi gloriosum fore si christianae Reipublicae terminos hostis seuitiae expositos defenderis, quam predecessoribus tuis fuit eos ad inauditas vsque nationes protulisse, ac innumera christi crucis trophea apud easdem defixisse. Quod si, vt speramus et optamus, feceris, perpetuam nominis laudem tibi comparabis, ac Nos et hanc sanctam sedem, cuius dicti praedecessores tui semper deuoti fuerunt, tanto ac tali merito tibi promereberis, ab omnipotenti autem Deo, per quem Reges regnant, et Principes imperant, omnia in presenti saeculo secunda et prospera, in futuro autem aeternae vitae praemia consequeris. Prout ex Dilecto filio Mi-

Digitized by Google

chaele de Sylua tuae Maiestatis hic Oratore cui super his late loquuti sumus, plenius intelliget, cui indubiam fidem adhibebit.

Datum Romae apud sanctum petrum, sub annulo Piscatoris, Die III Martii MDXXIII, Pontificatus nostri anno primo. — *T. Hezius* [1].

Carta de D. Miguel da Silva a el-Rei.

1523 — Março 4.

Senhor. — As cartas de vossa alteza que vierão pollo galeão do senhor de piombino, e asi os dous correos que trouxerão a vâgante do bispado d evora, com ho mais do que se avia de fazer em todallas cousas de vosso seruiço, e este derradeiro por que mandou pidir sam Jorge e o moisteiro d alafões pera o Infante dom anrique, vosso irmão, sam todos chegados; mas todos tam tarde que pollos tempos que correm e guerras de frança que nam se deve vosa alteza d espantar de aver tanto tempo que nam tem cartas minhas, que tambem eu despois das derradeiras minhas de vinte e sete de setembro, que diz que tem Recebidas, despachey dous correos fazendo lhe saber o que passava pera nam se espantar se tardavão seus despachos, porque nam era tempo pera negociar, nem avia quem ousase d entrar em Roma, morrendo cada dia duzentos e trezentos de pestenença. No ponto que este mal deu vao vim logo a Roma, e no que fiz em cada cousa, e nas difficuldades que ha y no que se nom fez, escrevo largamente por huum correo, que despacharey antes de dez dias, pollo qual mando as bullas do arcebispado de lixboa e d evora pera o cardeal, e as de santa cruz e sam jorge e alafões pera o Infante dom enrique, e a bulla da administração do mestrado de christos pera vossa alteza, com ho mais que aallem disto que he ja feito d aqui ate lla se poder fazer. No bispado de viseu e priorado do crato se tomará Resolução com a Reposta destas cartas que escreverey, em que miudamente verá o que qua he posyvel aver se, e fico com esperança de fazer tanto qúe sereys seruido, nem neste meio tempo perderey tempo nem deixarey

[1] ARCH. NAC., Maç. 36 de Bullas, n.° 66.

Digitized by Google

passar occasião sem lançar mão della: sobre isto descanse porque eu nom ey de descansar nunqua ate isto nam ser.

Por este correo, que esta leva, nam he posyvel dar lhe conta disto, porque vay despachado pollo papa sobre esta triste e desastrada nova da perda de Rodes, segundo verá por seu breve e por alguumas cartas que sobre ysso vierão; e porque este correo passará por França, e nam me dá mais que duas horas de tempo, Relevando a cousa tanto a toda cristindade e juntamente a vosso seruiço, nom posso despendellas melhor que em lhe escrever o que o papa sobre este caso me manda que lhe escreva, e com Razão deseja que se faça, que certo, senhor, se nam se toma outro caminho nas cousas da cristindade e defensão de Itallia, muy mao o levão ellas, e praza a noso senhor por sua misericordia que nam conheção turcos quam tomada está esta terra cada vez que nella quiserem poher o pee. Eu escreui a vosa alteza pollos dous correos, que acima digo, a necesidade em que estava Rodes se nam lhe ya socorro, e pollo segundo lhe fazia saber o trance que passara na treição do bom amaral, e que outras taes se temião muyto; e como as boas novas que vinhão se crião serem todas lançadas por via de veneza e meo do turco pera estrovar o socorro, e esfriar as pessoas que o avião de mandar, e saio lhes a malicia que nem Rodes pode soster o peso de tamanho exercito, nem o socorro lhe foy nunca de nenhuma parte, de maneira que aos xx de dezembro foy forçado o mestre dar se a partido salvando as vidas e pessoas e dinheiros e artelharia, e nam se sabe ainda se lhe mantiverão os prometimentos: de ser a cidade perdida, e o grão mestre embarcado com entenção de se viir a messina e d ahi a Roma, he cousa certa, e o papa asi o tem por certo, e asi me manda que o escreva a vossa alteza pedindo lhe quanto pode pollo de deus e pollo do mundo e pollo seu que queira, neste tempo de tanta sua necesidade e de tamanho perigo da santa fee de noso senhor Jesus christo, poellas mãos no Remedio como aquelle principe e christão que he, e como filho de quem he e neto de tantos deffensores da santa fee e acrecentadores della, sem nunqua em vossos antepassados se achar quem pollo de deus aja arreceado d esparzir seu sangue cadavez que comprio muy liberalmente. As cousas dos cristãos estam de maneira que vossa alteza vê: sam em guerras tres tamanhos principes sem nenhuum delles, nam digo querer deceer a honestas condições de concordia, mas nem soomente querer ouuir nomear paz: os

Digitized by Google

outros que nesta massa nam entrão são tam vizinhos ao perigo, e tam pouquo poderosos pera poherem o peito a tam grande imigo, que sem ajudas de fora e muy grandes nam parece posivel que se possão defender huum soo dia; soo vosa alteza parece que, asi pola amizade que igualmente tem com França e emperador, e pollo que pode e principalmente por mar com o huum poderá muito aproveitar em se tomar alguum meio ao menos de tregua, e com ho outro dar muy grandes espaldas ás cousas do papa neste mar de Itallia, e com seu exempro, aalem da honra que seria muy grande, moveria sem nenhuuma duuida todollos outros a fazer o que devem a deus e a si mesmos, e principalmente vendo vollo fazer, senhor, a vós, que nam vos moveis por medo vezinho nem por particolar injuria Recebida ou que temais em vosos estados tam cedo, mas soomente pollo bem commum da cristindade, e obrigação de principe cristão e deffensão da santa see apostolica e cadeira de sam pedro, E nam deve com isto pouquo a mover vossa alteza estar ao presente nesta cadeira Hadriano papa, cuja vida e custumes santisimos merecem particolarmente amor e ajuda de todo bom cristão, quanto mais dos Reis, e quanto mais de vossa alteza, que elle tanto ama e tanto mostra de querer comprazer em tudo o que se pode estender sem prejuizo craro de sua conciencia, como ja começa a mostrar e prazendo a noso senhor cada dia amostrará mais e mais craramente. ElRey dom affonso, tio del Rey voso padre que santa groria aja, quando o bisavo deste turco veio sobre Rodes foy o primeiro que se mandou offerecer a papa sisto, e quando despois os turcos desesperados de poder tomar Rodes vierão a otranto n apulha elle foy tambem o primeiro que com sua armada de vinte caravellas soccorreo a ysso, e certo he, senhor, que com muito menos perigo estavão então as cousas, e o poder do turco então com o d agora tinha bem pouquo de fazer, que soo ho que o turco ganhou despois fazia então outro muy grande principe, e que a elle poos em muy grande affronta que he todo o Imperio da siria e asia. Asi, senhor, que se sendo então portugal desacompanhado d outras grandezas, que despois noso senhor vos deu, elRey dom affonso nam olhou senam ao perigo que já então se começava a ver muy maior que este que agora vemos, que deve agora fazer vossa alteza vendo nam soomente o perigo mas o effeito: Rodes perdido, belgrado em mãos do turco, e o turco senhor de toda asia e Intitulando se senhor de Itallia e de Roma, como emperador que se

Digitized by Google

chama, e os principes cristãos, que a isto mais devem acudir, pelejando sobre o que muy levemente com ho mais em que nam cuidão lhes poderia levar o terceiro d autre as mãos? Nem digo estas cousas porque vosa alteza soo tome este peso, tendo, como dise tambem ao papa, haas portas e na India tanto a que acudir por bem de seus Reinos e seruiço tambem de Deus; mas porque he cousa de tanta importancia, e o papa tem tamanha necessidade de ajuda que com a metade do que em todo outro tempo seria se ganharia neste honra dobrada, e se dará exempro, que por ventura será causa de tudo se Remediar, e o merecimento de tudo será, senhor, atribuydo a vós, e a allem d isto lançareis, a meu ver, tal obrigação ao papa, que poderá Render muito mais nas cousas de voso serviço, e que por isto nam se deva fazer, nam deixará de seguir o que digo tras o al se o asy fezerdes; e se alguuma cousa agora se nega por nam ser exempro a se fazer outro tanto a outros principes, fazendo vosa alteza ho que ninguem nam faz polla igreja, a igreja tambem de sua parte nam poderá negar vos nada, posto que a mesma cousa se negue aos outros todos. Ho papa teme grandemente que o turco, avida esta vitoria de Rodes, e tendo em sua corte tanto numero de homeens que muy bem sabem as cousas de Itallia e asi as guerras dos christãos, que achando se com as mãos na massa que nam quererá perder tempo, e se toma a volta desta terra, he cousa crara que sem muy boa armada no mar sua santidade nom poderá estar em Roma; e partindo se, segundo a gente qua he feita e levidão destes governos, tem por certo que nam soomente se darião ao turco os mais, viindo elle poderoso, mas que o mandarião chamar asi por mudar senhor, por que ho mundo de qua he perdido, como pollas grandes opresões que estes povos de tempo pera qua tem Recebidas, e opinião que tem do bom governo do turco e aseseguo de suas terras, o qual em tal caso nam se deve duuidar que prometerá e dirá muito mais do que despois manterá, e poderá mover por todallas vias a seu seruiço ho que cristãos por todallas vias indinão. Pera Remedio disso, se tal caso viesse, pede a vossa alteza que tenha em ordem alguum numero de navios e gente pera, comprindo, lhe socorrer e se ajuntar com a mais armada que qua se poder concertar. Compre que vossa alteza Responda a sua santidade, e com toda diligencia pera sobre sua Reposta se fazer conta do que se ha d esperar d ella em tal caso. Nas cousas de vngria se teme o mesmo, e a prouisão que a yso se faz he de dinheiro. He feito

Digitized by Google

legado pera la o cardeal columna: o papa lhe dará, se poder, cem mil ducados pera se pagar gente e deffender este primeiro Impeto. Ha see apostolica está tam prove que certifico a vossa alteza que he muy grande piadade: nam creo que ate agora sejam juntos quarenta mil ducados, nem vejo donde ajão de sair os mais. Todollos principes tambem pera isto são Requeridos, e o papa fallou com as lagrimas nos olhos a todollos embaixadores. Crê se que nam lhe falecerão em cousa tam justa, principalmente que neste principio dez ou quinze mil ducados cada huum, com ho que o papa dá, seria muy grande cousa: vosa alteza veja tambem o que manda que sobre isto se Responda a sua santidade. Bem affirmo a vosa alteza que por pouqua ajuda que ao papa dese neste caso e neste ensejo seria muy aceita e muy a tempo, e faça conta que o que nisto fizer, aallem do que se faz pollo bem vniversal, será feito ao proprio papa e como dado a elle, de cuja bolsa ha de sair nom lho dando, e sendo bem e beneffício feito a todo ho mundo de sua santidade seria Recebido com de huuma composição pera em seus negocios fazer cada dia muito mais. Escrevo isto tudo asi polo miúdo a vossa alteza porque he seu seruiço saber tudo, e minha obrigação dizer todo o que he ou pode ser seu seruiço. De novas outras de qua tenho mandado expresso do papa que nesta nam escreva nada porque parece que sua santidade o prometeo asi aos embaixadores francezes pera que no passar do correo nom podese aver Impidimento; e posto que esta nom corra perigo de se abrir todavia a fee se ha de guardar, nam pollo perigo de se descubrir o contrairo, mas por ella mesmo. Beijo as mãos de vosa alteza, cuja vida e Real estado noso senhor guarde e acrecente como deseja.

De Roma aos quatro dias de março 1523.

Esta he trelado d outra que neste mesmo dia tenho enviada por outro correo. E acerca dos capitolos e condições com que se deu Rodes se ouue por certeza que lhos nam guardou o grão turco, e nam sey porem com que Razão se poderá escusar o grão mestre, que, capitolando com seus Imigos, se esqueceo de salvar as Reliquias, das quaes nam fez menção, de maneira que se affirma que as comprou de novo. Elle he ja em candia. E pois, senhor, que as comendas de Rodes e seus previlegios erão pera deffensão da Ilha, e esta já nam se deffende, vossa alteza, vagando alguuma cousa, deve mandar ao papa a pidir lha que aproveitará pera, nam a querendo conceder, fazer homem mais força no priorado como a

Digitized by Google

quem se negão outras cousas; e se vossa alteza fizer o que largamente lhe escrevo pollo outro correo, que tras este irá, espero em noso senhor que será seruido. E nesta nom posso dizer mais.

Esta he treslado de outras duas tays que foram por outros correos. — *Dom miguell da sylua* [1].

Bulla do Papa Adriano VI.

1523 — Março 11.

Adrianus Episcopus seruus seruorum dei ad futuram rei memoriam.

Etsi ad ampleanda ecclesiarum omnium commoda, et cunctorum fidelium presertim clericalis ordinis incrementa felicia nostra semper aspiret intentio, nullisque eos incommodis afficere uellemus; urgente tamen redemptoris domini nostri Jesu Christi, et sanctorum omnium contumelia, periculo, et irreparabili ruina, quam toti Christiane Reipublice, et presertim populis Ciuitatum, terrarum, et locorum nobis, et sancte Romane ecclesie subditorum imminere conspicimus, contra propositum nostrum compellimur pro sacris dei templis, et sacerdotio ad opprobriorum discrimine liberandis, populorumque nostrorum salue *(sic)* tutanda, a subditis nostris oportuna subsidia exquirere, sperantes indubie quod pro defensione uere fidei quam professi sunt, ac suis et Reipublice Christiane periculis euitandis, de facultatibus eis a deo creditis subuenire curabunt et ad hec meritoria opera reddent se multipliciter pronos et liberales. Sane cum perfidissimi Turci Christiane Religionis inimici aduersus ipsam religionem eamque profitentes, Sathane uexillum improba temeritate erexerint, et tot cruentissimis stragibus iacturis, et damnis per eos Cristianis populis retroactis temporibus illatis, ac Regnis, Prouinciis, dominiis, Ciuitatibus, et locis Christianorum captis et obsessis non contenti, nec sparsi sanguinis fidelium multitudine saciati, sed, sicut cunctorum fidelium oculi intueri possunt, fundendi sanguinis illorum ardore continuo estuantes, et omni connatu reliquas christianas Religiones sue tirannidi et spurcissime secte subiicere querentes, superiori anno discordiarum et dissensio-

[1] Arch. Nac., Corp. Chron., Part. I, Maç. 29, Doc. 30.

Digitized by Google

num inter Catholicos Reges, Principes et potentatus, inter se dissidentes, exortarum occasionem nacti, magno et potentissimo parato exercitu, varia Vngarie Regni Ciuitates et loca diuersis calamitatum generibus affecerint, et tandem Opidum Belgradi dicti Regni munitissimum ui et armis ceperint, in ibique inauditas Crudelitates perpetrarint; Ac suum iniquum propositum continue feruentius prosequentes et in sua potentia et ferocitate confidentes, ualidissima Classe maritima instructa, felicissimam olim et totius Christianitatis specimen et decus, nunc uero infelicissimam et Christianorum impietatis testimonium, Insulam Rhodi nouiter occuparint, ea potissimum intentione, ut ex non paruipendendis coniecturis colligitur, ut Regnum Sicilie et loca omnia maritima ac Portus Christianorum liberius occupent, et deinde eis facilius ad sancte Romane ecclesie Terras, et presertim ad hanc Almam Vrbem nostram, in qua beatissimus Apostolorum Princeps Petrus sedem suam elegit, et qua (quod deus auertat pro sua misericordia) expugnata se totius Orbis imperium facile occupare posse non dubitant, pateat accessus, facileque cognosci possit, nisi celeriter occurratur (prout res postulat), formidandum esse ne ipsi perfidissimi Turci uictorie superbia elati maiora et irreparabilia damna Christianitati inferant, in maximam diuine maiestatis offensam ac nostram et Catholicorum Regum et Principum aliorumque Christifidelium ignominiam dedecus et iacturam: Nos eiusdem domini nostri Jesu christi, qui pro redemptione humani generis ut nos sui Regni efficeret possessores immolari non abnuit, uices licet immeriti gerentes in terris, premissa et que iure pertimescimus grauiora, non absque cordis amaritudine, mente reuoluentes, omnia nobis possibilia remedia ad resistendum eisdem Turcis, et obuiandum imminentibus periculis quibus subiicimur, omnibus mediis parare studemus, et eosdem Catholicos Reges Principes et Potentatus ut pro reuerentia ipsius domini nostri Jesu christi, semotis quibusuis descordiis et emulationibus, Pacem inter se componant, et ad fidei defensionem ac ad subuersionem et exterminationem prefatorum Turcorum insurgant, exhortari et requirere non cessamus, parati pro eiusdem fidei defensione non solum nostras et ipsius Romane ecclesie facultates exponere et quecumque incommoda subire, Verum etiam si opus fuerit, illius exemplo cuius Vicarii sumus, proprium sanguinem effundere, Quod quidem ab ipsius Pontificatus nostri inicio menti nostre resedit, cum ex Hispania, in qua dum sors electionis in personam nostram domino concedente aduenit re-

Digitized by Google

sidebamus, mari classe traiecto, ad italiam peruenissemus, naualem Classem munitam in subsidium Insule et fidei predictarum mittere disposueramus, illamque mississemus nisi facultates Romane ecclesie huiusmodi omnino exhaustas et consumptas reperissemus. Nolentes autem propterea omittere quin quantum in nobis sit publice utilitati consulatur, huiusmodi defensionis opus, cum ipsius adiutorio cuius causa agitur, suscipere et prefatorum Regum Principum et potentatuum, nec non populorum fidelium freti presidiis prosequi et ad effectum perducere, nostrasque uires omnes in hoc ponere intendimus et decreuimus. Verum quia ad tante rei molem preferendam nostre et eiusdem Romane ecclesie facultates predicte Parum prouiderent, uolentes huic sanctissimo operi, ne ipsi immanissimi Turci passim alia Regna prouintias dominia Ciuitates et loca Christianorum eorundem diripiant, et sub suam Tirannidem ducant, et continuis bellorum turbinibus affligant etiam alios suffragiis adesse, Matura super hoc cum Venerabilibus fratribus nostris sancte Romane ecclesie Cardinalibus, qui pro eorum pia in Christianam Religionem deuotione ad Contributionem infrascriptam faciendam se sponte et liberaliter obtulerunt, deliberatione prehabita, de eorundem Cardinalium Consilio pariter et assensu, Duas ueras et integras decimas omnium et singulorum fructuum reddituum et prouentuum secundum uerum ualorem Omnium ecclesiarum Monasteriorum et beneficiorum ecclesiasticorum per ipsos Cardinales in hoc consentientes, quomodolibet obtentorum ubicunque tam citra quam ultra Montes consistentium, ac pensionum annuarum super quibusuis fructibus redditibus et prouentibus ecclesiasticis eis assignatarum, per presentes hic in Romana Curia, per absentes uero etiam Vltramontes existentes in locis per infrascriptum Nicolaum Collectorem designandis, nec non Omnium Officiorum ecclesie Romane ac Vrbis predictarum, ac Prouintiarum Ciuitatum, etiam Rauenatensis, Auinionensis, Ferrariensis, Bononiensis, Placentinensis, Parmensis, Regiensis et Mutinensis ac Comitatus Venaisini, et locorum quorumcunque nobis et Romane ecclesie mediate uel inmediate subiectorum, etiam Legatorum, Vicecancellarii Maioris penitentiarii et Camerarii, ac Cancellarie, Penitentiarie, et Camere apostolice, et Audientie Rote, et aliorum cuiuscunque qualitatis existentium : necnon omnium Cathedralium etiam Metropolitanarum, et aliarum ecclesiarum, Monasteriorum, Prioratuum, Prepositatuum, dignitatum, personatuum, administrationum, officiorum, Canonicatuum, et prebendarum,

Digitized by Google

aliorumque beneficiorum ecclesiasticorum cum cura et sine cura, secularium ; ac etiam sancti Benedicti, sancti Augustini, Cisterciensis, Cluniacensis, Cartusiensis, Camaldulensis, Humiliatorum, Premostatensis, Vallis Vmbrose, Cruciferorum, Monacorum, Heremitarum sancti Hieronymi, et aliorum quorumcunque ordinum, ac Congregationum tam uirorum quam Mulierum etiam mendicantium ex priuilegio, uel alias certos redditus habentium ; Necnon Regularum Militiarum in prouintiis, nec non Vrbe, ac aliis Ciuitatibus, et diocesibus, Etiam Rauenatensis, Auinionensis, Ferrariensis, Bononiensis, Placentinensis, Parmensis, Regiensis, et Mutinensis, Necnon Comitatus Venaisini, Terris, Castris, et locis nobis et prefate Romane ecclesie mediate uel immediate (ut prefertur) subiectis, consistentium, Videlicet a Legatis Vicecancellario, Maiori penitentiario, et Camerario, ac Gubernatoribus, Rectoribus, Capitaneis Potestatibus, et aliis quibuscunque officialibus nostris et ecclesie, ac curie, Cancellarie, Penitentiarie, camere, Audientie Rote, Prouintiarum Vrbis ciuitatum, comitatus, Terrarum, castrorum, et locorum predictorum, Reddituum uero, et prouentuum ecclesiasticorum ab omnibus et singulis Archiepiscopis, Episcopis, Electis, Abbatibus, Abbatissis, Prioribus, Priorissis, Administratoribus, Comendatariis, Capitulis, Conuentibus, ceterisque personis ecclesiasticis secularibus et regularibus ordinum congregationum Militiarum quorumlibet, exemptis et non exemptis huiusmodi fructus redditus, et prouentus ecclesiasticos in prouintiis, Vrbe, ciuitatibus, dioc. comitatu, terris, castris, et locis supradictis percipientibus, et precepturis, cuiuscunque preeminentie, dignitatis, status, gradus, ordinis, uel conditionis existant, quibus aut eorum alicui nulla priuilegia et indulta sub quecunque uerborum forma seu expressione que quoad hoc nolumus suffragari, Duobus proxime futuris Annis, Videlicet unam tantum Decimam quolibet ex ipsis duobus annis, in terminis per Venerabilem Fratrem nostrum Nicolaum Episcopum Sabinensem Cardinalem de Flisco nuncupatum, cui curam colligendi et conseruandi pecunias ex huiusmodi Decimis prouenientes, ac facultatem tam in Vrbe quam in aliis ciuitatibus terris et locis predictis quot quot uoluerit ad hoc deputandi per presentes concedimus, persoluendas, exigendas, et leuandas ac in premissum fidei tam comune, tam sanctum, tamque necessarium opus, uidelicet contra ipsos perfidissimos Turcos, et non in alios usus omnino conuertendas, auctoritate apostolica et ex certa scientia ac de apostolice potestatis ple-

Digitized by Google

nitudine indicimus, et imponimus, et impositas denunciamus, similes decimas pro grauitate expensarum Postquam pax et indutie inter dictos Reges, Principes, et Potentatus (prout cupimus) et domino concedente in breui facere speramus concluse fuerint, in omnibus aliis prouintiis, Regnis, dominiis et locis tam eisdem Regibus, Principibus, et Potentatibus subiectis, quam liberis ad hoc ut tam ferocissimo hosti et potenti non solum resisti, sed et sancta expeditio contra Crucis Christi hostes tam diu exoptata fieri possit imponere, intendentes; et ut decime imposite huiusmodi fideliter conseruentur, ac illarum prouentus in hoc sanctum opus contra Turcas Christi inimicos, et non in aliam causam conuertantur, Volumus quod Rectores, seu deputati Regimini Ciuitatum, Castrorum, et locorum predictorum in singulis illorum unam Capsam tribus Clauibus, Vna uidelicet penes Commissarium a prefato Nicolao episcopo, et Cardinali ut prefertur deputandum, aliis uero duabus penes duos, Vnum uidelicet ecclesiasticum, et alium secularem, probos uiros fides facultatibus idoneos, de quibus ipsis Rectoribus uidebitur deponendis, Claudendam, in qua Decime huiusmodi integraliter et fideliter reponantur, nec inde extrahantur, nisi in premissam causam, et non alios usus, uere et effectualiter conuertende. Circa uero collectionem, et exactionem ipsarum Decimarum, ac modum illas conuertendi et reponendi, per Nicolaum Episcopum et Cardinalem, aut Deputatos predictos sub talibus conditionibus, modis et formis prouideri curabitur, ut omnes plene intelligere et aperte uidere possint huiusmodi decimas in hanc sanctam Expeditionem et non in alios usus erogari. Ceterum cum mora uel dilatio prestationum huiusmodi decimarum pro tam euidentis periculi magnitudine sit plurimum nociua, expediatque ut Christiana Religio hoc tam necessario presidio non destituatur, et premissa metu pene ab omnibus inuiolabiliter obseruentur, Contradictores, inobedientes et rebelles, aut scienter defraudantes, priuationis ecclesiarum Monasteriorum, aliorumque beneficiorum ecclesiasticorum et Officiorum omnium etiam ut prefertur qualificatorum ita ut illa ex tunc uacare censeantur, et ut uacantia impetrare et libere conferri possint, Et quominus Decima huiusmodi persoluatur et exigatur persuadere, aut quouis modo directe uel indirecte operari presumentes, cuiuscunque status gradus et preeminentie ut prefertur fuerint, etiam si Patriarchali aut alia quauis perfulgeant dignitate, excommunicationis sententie penas ipso facto incurrere uolumus et declaramus, ad quarum penarum incur-

Digitized by Google

sus declarationem et alia usque ad executionem inclusiue per prefatum Nicolaum Cardinalem, per se uel alium seu alios, tam in Curia quam extra respectiue procedi posse decernimus. Statuentes etiam ut omnes et singule persone, que ob non solutionem uel ob defraudationem decimarum uel alias quacumque occasione premissorum excommunicationis sententiam innodati fuerint, ab illa nisi per Romanum Pontificem, preterquam in mortis articulo, et nisi prius satisfacto de eis que tenerentur absolui nequeant, neque absolutionem ipsam tam in foro Conscientie quam Contentioso, et impetrationibus beneficiorum uel aliis quibuscunque gratiis obtinuisse noscantur, nisi de excommunicationis sententia huiusmodi et ob quam causam incurrerint specificam et expressam fecerint mentionem, Alioquin absolutio et littere ipse ac quecunque concessiones beneficiorum et gratie, sub quacunque uerborum forma concesse, nullatenus eis suffragentur, nulliusque sint roboris uel momenti. Et insuper hortamur et monemus omnes et singulos Prelatos supradictos eorumque Vicarios et officiales, ac in uirtute sancte obedientie et sub excommunicationis sententie pena ipsis districte precipiendo mandamus quatenus quilibet ipsorum insolidum quamprimum presentes nostre littere, seu earum Transumpta manu alicuius Notarii publici, et sigillo alicuius eorum aut Nicolai Episcopi et Cardinalis seu deputatorum predictorum munita, presentate seu presentata fuerint, ipsas litteras ac omnia et singula in eis contenta in suis et aliis ecclesiis seu locis suarum prouintiarum Ciuitatum et diocesium dominicis et festiuis diebus, quando et quotiens opportunum fuerit, solemniter publicent et exponant, et per eos quos ad hoc duxerint deputandos publicari et exponi faciant: Non obstantibus Constitutionibus et ordinationibus apostolicis, ac ecclesiarum, Monasteriorum, ordinum Militiarum, Congregationum et officiorum predictorum, iuramento confirmatione apostolica uel quauis firmitate alia roboratis, statutis et consuetudinibus, stabilimentis, usibus et naturis, ac priuilegiis et indultis apostolicis eis forsan sub quibusuis uerborum formis, clausulis etiam derogatoriarum derogatoriis, efficatioribus et insolitis concessis, quibus etiam si de eis eorunque tenoribus pro illorum sufficienti derogatione specialis, specifica et expressa mentio habenda foret, et in illis caueretur expresse, quod illis nunquam censeretur derogatum, nec derogari posset, nisi sub certis inibi expressis modo et forma, ac uerborum expressione, uel nullo modo, tenores eorum, ac si de uerbo ad uerbum insererentur, presentibus pro sufficienter ex-

Digitized by Google

pressis et insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, hac uice duntaxat specialiter et expresse omnino derogamus, et derogatum esse uolumus, ceterisque contrariis quibuscunque. Aut si eisdem Archiepiscopis, Episcopis, Electis, Abbatibus, Abbatissis, Prioribus, Priorissis, Administratoribus, Comendatariis, Capitulis, Conuentibus, Ordinibus, Militiis, Officialibus et personis, uel quibusuis aliis communiter uel diuisim ab eadem sit sede indultum quod ad solutionem alicuius decime minime teneantur, et ad id compelli, aut quod interdici, suspendi uel excommunicari aut propterea priuari non possint, per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam ac de uerbo ad uerbum de indulto huiusmodi mentionem, et quibuslibet aliis priuilegiis indulgentiis et litteris apostolicis generalibus uel specialibus quorumcunque tenorum existant, per que presentibus non expressa, uel totaliter non inserta effectus earum impediri ualeat quomodolibet uel deferri, et de quibus quorumque totis tenoribus de uerbo ad uerbum habenda sit in nostris literis mentio specialis. Verum quia difficile foret presentes litteras ad singula loca in quibus expediens esset deferre, etiam uolumus, et auctoritate apostolica decernimus quod earundem litterarum Transumptis, manu alicuius Notarii publici inde Rogatis subscriptis, et sigillo alicuius Prelati ecclesiastici seu Nicolai Episcopi, et Cardinalis predicti munitis, ea prorsus fides indubia in iuditio et extra illud, ac alias ubilibet in omnibus et per omnia adhibeatur que presentibus adhiberetur, si essent exhibite uel ostense. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre indictionis, impositionis, denuntiationis, uoluntatis, declarationis, statuti, hortationis, monitionis, mandati derogationis et decreti infringere uel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attemptare presumpserit indignationem Omnipotentis dei, ac beatorum Petri et Pauli Apostolorum eius, se nouerit incursurum.

Datum Rome apud sanctum Petrum Anno Incarnationis dominice Millesimo quigentesimo Vigesimo secundo, Quinto Idus Martii, Pontificatus nostri Anno Primo. — T. Hezius [1].

[1] Arch. Nac., Maç. 37, n.º 6. *Esta bulla é impressa.*

Digitized by Google

Carta de D. Miguel da Silva a el-Rei.

1523—Março 15.

Senhor. — Despoys de muyta fadigua, e quasi que já me parecya que o papa era de todo arrependido acerca da bulla da administração do mestrado de christos, como escreuerey larguamente pollo correo que tras este vay, me mandou sua santidade a bulla a casa, e neste ponto, estando já a cauallo o correo que vay em companhia de huum apousentador do emperador, homem muy honrrado, m a daõ; e parecendo me que he de muyto peso pera vossa alteza poder prouer das cousas que vaguam, e fazer o mays que compre da administração do mestrado, me pareceo bem a mandar loguo, e pollo outro correo mandarey outra tal que se espede com sello de ouro, como he costume nas cousas de tamanha sustancia em pessoas dos mesmos Reys. Da custa que fez, assy esta como todas as outras, lhe yrá com ellas juntamente a conta, que nesta carta nem pera estas poucas Regras não tenho tempo, e perder tam boa ocasiam deste correo e companhia que leua seria erro: abaste somente por aguora que do que outra tal graça custou ao emperador em ho tempo que papa liam estaua melhor com elle, quitou papa adriano a vossa alteza as noue partes, ficando porem a elle que vysta a grandeza da graça e necessidade da Igreja de sua liure liberalidade aja de fazer o que lhe bem parecer que tudo se leyxa em liure vontade de vossa alteza.

Ha bulla do moysteyro de alafões e sam Jorge mando tambem, que por grande fauor e importunidades se despachou em quatro dias: pareceo me necessario mandalla tambem loguo pera se tomar a posse por ella. Pollo outro correo yrá o processo autenticado em lugar de dupricada, que nam ouue tempo pera se mandar aguora como eu quisera, por mandar a propria bulla por terra, que he via mays segura se de frança me vem saluo conducto que espero, e por ysto as bullas de lixboa euora e sancta cruz, que ja sam quasi espedidas, se nam vyr que os caminhos são muy seguros nam envyarey, e mandarey por emtanto assuntos com breue do papa per que se tome a posse e administre nem

Digitized by Google

mays nem menos que se as proprias bullas la fossem. E esperando eu que vossa alteza me faça a merce, que lhe tantas vezes tenho pedyda, e peço, de me dar licença a o yr la seruyr, faço conta de as leuar com as mays que ate vyr vossa resposta se poderem espedir, e com ella se espedirão, que auenturar a se perderem bullas de tanta custa pera na duplicação dellas se hauerem de despender e deytar a longe tres ou quatro mil ducados, nam he vosso seruiço, não releuando mays huuma cousa que a outra. O papa, posto que com muita difficuldade, tem concedydo a vossa alteza o poder recolher os fruytos destes beneficios de seus irmãos, e assy licença do não Rezar ao Cardeal e Ifante Dom amrique, com absoluição pera o cardeal do passado. Os breues com as bullas hauerey ás mãos em poucos dias, que nam faço al de noyte nem de dia, e as cousas vão per estilo tam mudado que o que se espedia em hum dia ha agora mister dez, com dez tanto de pena e de diligencia; e porque dizendo a verdade nam posso correr perigo de parecer que me louvo sem proposito, compryndo a vosso seruiço saberdelo, se tres pessoas que agora gouernão tudo não acertarão de ser muy antigos meus amigos e muy verdadeyros antes que o papa sonhasse de ser papa, nem elles de mandarem o papado, em todas estas cousas de vosso seruiço ouvera alguma pouca de mays difficuldade; e muyto menor a hauerya se a autoridade com que vossa alteza me diz que sabe que hey de acabar tudo fosse mayor, o que ha de vyr, senhor, de vós, e de vossa alteza mostrar ao mundo que meus seruiços passados feytos a elRey seu padre que deus aja e aguora a elle lhe são presentes, que qua, senhor, o criado de que o mundo vê que seu senhor faz pouca conta, pode muy pouco nas cousas do seu senhor, e por muitos seruidores que pollo mundo vossa alteza tenha e com toda sua grandeza não hauerá quem me crea em cousa, que de vosso seruiço e vontade eu disser, se juntamente se nam vyr que estymays de tal sorte meu seruiço que o que eu diguo nam pode deyxar de sayr de vós, ou despoys de dito de ser hauydo por bem dito. Isto, senhor, posto que mal se possa escusar de hos homens naturalmente nam desejarem honra e merces de seus Reys e senhores a que seruem, eu todauia, assy deus me ajude e leue diante dos pes de vossa alteza, como o diguo muyto mays pollo que compre a vosso seruiço que pollo meu.

Estes tres homens que acyma diguo que podem muyto sam guillielmo Inchfort, que aguora he bispo de tortosa, o auditor da camara Senes,

Digitized by Google

que he bispo de asculi, e o arcebispo de cosença, que era nuncio em tempo del Rey dom fernando, que deus aja, em castella; mas o principal he o de tortosa a que vossa alteza, juntamente com o auditor da camara, deue de escreuer, porque no despacho desta administração elles tomarão as armas e fizerão quanto eu lhes pedy. Beijo as mãos de vossa alteza, cuja vida e Real estado nosso senhor deus guarde e acrecente como deseja.

De Roma aos xv de março 1523. — *Dom miguell da sylua* [1].

Carta de D. Miguel da Silva a el-Rei.

1523 — Março 16.

Senhor. — Despois destas cartas todas cerradas soube que as cousas do papa com o emperador sam assentadas todas muito a contentamento do emperador e assy como sua alteza as desejaua, e concedeo lhe cruzadas e outras dizimas e a terceyra parte da Renda [1] dos creligos pera suas guerras, que monta [2] muito grande soma. Pareceo me bem fazello assy saber a vossa alteza porque nam lhe dem [3] a entender outra cousa que ysto está assy, e nam [4] se pode ter a uontade de huum [5] delles que nam se tenha a de ambos. Beijo as mãos de vossa alteza, cuja vida e Real estado nosso senhor Deus guarde e acrecente como deseja.

De Roma aos xvi de março 1523 — *Dom miguell da sylva* [2].

[1] Arch. Nac., Corp. Chron., Part. I, Maç. 29, Doc. 37. *O documento n.º 38 do mesmo maço é a segunda via d'esta carta.*

[2] *Ibid.* Doc. 35. *O documento n.º 39 é a segunda via d'esta carta, mas com a data de 20 de março e as variantes seguintes:*

[1] das rendas
[2] montam
[3] lhe nam dem
[4] que esto, asy que nam
[5] nenhuum

e termina: «esta he treslado de outra tal.»

O documento n.º 41 é tambem outra via da mesma carta, com a data de 21 de março e com as variantes [1] [2] [3] *e* [5] *do documento n.º 39; accrescenta porém depois da data:* «o que diguo que se concederão as terças dos creriguos nam foram senão as quartas.»

Digitized by Google

Bulla do Papa Adriano VI, dirigida a el-Rei

1523—Março 19.

Adrianus episcopus seruus seruorum dei Carissimo in christo filio Johanni Portugallie et Algarbiorum Regi Illustri Salutem et apostolicam benedictionem.

Eximie deuotionis affectus et integra fides, quibus nos et apostolicam reuereris ecclesiam, merito nos inducunt vt illa tibi fauorabiliter concedamus, que tuis commoditatibus fore conspicimus oportuna, et per que etiam domini nostri Jesu christi Militie Magistratui in Portugallie et Algarbiorum Regnis et dominiis tuis, eorumque conseruationi et utilitati oportune consuli possit. Cum itaque, sicut accepimus, Magistratus predictus, quem quondam clare memorie Emanuel Rex genitor tuus dum viueret, etiam vxorem habens, et absque eo quod frater dicte Militie esset, ex concessione et dispensatione apostolica in administrationem obtinebat, administratione huiusmodi per obitum dicti Emanuelis Regis, qui extra Romanam Curiam debitum nature persoluit, cessante adhuc eo quo dum eidem Emanueli administratio concessa fuerat vacabat modo vacare noscatur; Nos, sperantes quod tu, qui, vt similiter accepimus, predicte Militie ex tua pia deuotione plurimum afficeris, tibique magnanimitate ac potentia plurimum suffragantibus Magistratui predicto eris plurimum vtilis et etiam fructuosus, volentesque tibi, qui, vt etiam accepimus, in vicesimo primo tue etatis Anno constitutus existis, vt statum tuum iuxta Regie exigentiam excellentie decentius tenere, vtque sanctissimam per dictum genitorem tuum ceptam et per te continuatam christianam nominis ampliandi promutiam continuare valeas, de alicuius obuentionis auxilio prouidere, Nobilitatisque et generositatis, ac egregiorum tuorum et dicti genitoris ac vestrorum maiorum meritorum intuitu, gratiam facere spetialem, necnon verum et vltimum dicti Magistratus vacationis modum, etiam si ex illo queuis generalis reseruatio etiam in corpore iuris clausa resultet, illiusque qualitates et naturam, necnon fructuum, reddituum et prouentuum veros annuos valores, presentibus pro expressis habentes,

Digitized by Google

Motu proprio, non ad tuam vel alterius pro te nobis super hoc oblate petitionis instantiam, sed de nostra mera liberalitate et ex certa scientia, Magistratum predictum, qui in dictis Regnis et dominiis ipsius Militie dignitas principalis ac caput dicte Militie existit, quouismodo et ex cuiuscunque persona seu per liberam resignationem alicuius de illo in dicta Curia vel extra eam, etiam coram Notario publico et testibus sponte factam, vacet, etiam si tanto tempore vacauerit quod eius collatio iuxta Lateranensis statuta Concilii aut aliis canonicas sanctiones ad sedem apostolicam legitime deuoluta, ipseque Magistratus dispositioni apostolice spetialiter, vel ex quauis causa, etiam de necessitate exprimenda, generaliter reseruatus existat, et ad illum consueuerint quis per electionem assumi super eo quoque inter aliquos lis, cuius statum etiam presentibus haberi volumus pro expresso, pendeat indecisa, cum omnibus membris, Castris, cameris, iuribus et pertinentiis suis, tibi per te quoaduixeris, etiam si frater dicte Militie non existas et matrimonium te contrahere contigerit, tenendum, regendum et gubernandum; Ita quod liceat tibi, debitis et consuetis dicti Magistratus supportatis oneribus, de residuis illius ac membrorum castrorum et aliorum iurium predictorum fructibus redditibus et prouentibus disponere et ordinare potuerunt, seu etiam debuerunt, Alienatione tamen quoruncunque bonorum immobilium et pretiosorum mobilium dicti Magistratus et membrorum suorum tibi penitus interdicta, auctoritate apostolica tenore presentium in administrationem concedimus, teque, quandiu vitam duxeris in humanis, Magistratus et membrorum predictorum Administratorem et gubernatorem perpetuo et irreuocabiliter modo premisso facimus, constituimus et deputamus, curam regimen et administrationem illorum in spiritualibus et temporalibus tibi plenarie committendo, ac omnia et singula in eisdem spiritualibus et temporalibus gerendi et exercendi, que dicte Militie Magistri pro tempore existentes gerere et exercere possunt, plenam liberam et omnimodam harum serie concedimus facultatem, Mandantes dilectis filiis maiori Preceptori ac Priori Conuentus de Tomar, ac vniuersis Prioribus, Preceptoribus, Commendatoribus, Militibus et fratribus dicte Militie, quocunque nomine censeantur et quacunque prefulgeant dignitate, necnon eiusdem Magistratus et membrorum vasallis et subditis quatinus te in administratorem et gubernatorem dicti Magistratus benigne recipiant et admittant, necnon tibi vti vero Magistro pareant et intendant, ac debite fidelitatis solita homagia et iura-

Digitized by Google

menta prestent, consuetaque seruicia et iura tibi debita studeant exhibere. Quocirca venerabilibus fratribus nostris Bracharensi et Vlixbonensi Archiepiscopis, ac Episcopo Portugalensi per apostolica scripta motu simili mandamus quatinus ipsi, vel Duo aut Vnus eorum, per se vel alium, seu alios sibi et premissis efficacis defensionis presidio assistentes, te, vel procuratorem tuum tuo nomine, in corporalem possessionem Magistratus, membrorum, Castrorum, Camerarum, iuriumque et pertinentiarum predictorum inducant auctoritate nostra et defendant inductum, amotis quibusuis detentoribus ab eodem, facientes te vel pro te procuratorem predictum ad Magistratum et membra huiusmodi vt est moris admitti, tibique de illorum fructibus, redditibus, prouentibus, iuribus et obuentionibus vniuersis, integre responderi, necnon a maiore Preceptore Priore de Tomar, aliisque Prioribus, Preceptoribus, Commendatoribus, Militibus et fratribus dicte Militie obedientiam et reuerentiam, ac a vassallis et subditis prefatis consueta seruicia et iura huiusmodi tibi debita integra exhibere, Contradictores per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita, compescendo: Non obstantibus felicis recordationis Bonifacii pape VIII predecessoris nostri et aliis apostolicis Constitutionibus et de exprimendo vero annuo valore fructuum, reddituum et preuentuum Magistratus et aliorum beneficiorum, de quibus pro tempore prouidetur seu prouideri mandatur, ac statutis et consuetudinibus, stabilimentis, vsibus et naturis dicte Militie iuramento, confirmatione apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis, priuilegiis quoque et indultis apostolicis dicte Militie sub quibusuis verborum formis et clausulis, etiam derogatoriarum derogatoriis, fortioribus, efficatioribus et insolitis, etiam motu et scientia similibus concessis, etiam si forsan in eis caueatur, quod Magistratus predictus non nisi per fratres dicte Militie, qui professionem per fratres predictos emitti solitam emiserint, expresse teneri possent, et alias de illis etiam per sedem apostolicam facte concessiones nullius sint roboris vel momenti, quibus omnibus etiam si de illis eorumque totis tenoribus pro illorum sufficienti derogatione spetialis et expressa, indiuidua ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales id importantes mentio, seu queuis alia expressio habenda foret, tenores huiusmodi presentibus pro sufficienter expressis et insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, hac vice duntaxat, motu et scientia similibus spetialiter et expresse derogamus, et derogatum esse volumus, quodque te in Vicesimo primo tue etatis Anno

Digitized by Google

tantummodo constitutus existas, vt prefertur, contrariis quibuscunque. Aut si aliquibus super prouisionibus seu in administrationem concessionibus sibi faciendis de Magistratibus huiusmodi spetiales vel aliis beneficiis ecclesiasticis in illis partibus generales, dicte sedis vel legatorum eius litteras impetrarint, etiam si per eas ad inhibitionem reseruationem et decretum vel alias quomodolibet sit processum, quibus omnibus te in dicti Magistratus assecutione volumus enteferri, sed nullum per hoc eis quod ad assecutionem Magistratuum vel beneficiorum aliorum preiudicium generari, Seu si maiori Preceptori, Priori de Tomar aut aliis Preceptoribus, Commendatoribus, Militibus et fratribus prefatis, vel quibusuis aliis communiter vel diuisim ab eadem sit sede indultum quod ad receptionem vel prouisionem alicuius minime teneantur et ad id compelli, ac eis, necnon vassallis et subditis prefatis quod interdici, suspendi vel excommunicari non possint, quodque de Magistratu huiusmodi vel aliis beneficiis ecclesiasticis ad eorum collationem, prouisionem, presentationem, electionem, seu quamuis aliam dispositionem coniunctim vel separatim spectantibus, nulli valeat prouideri, seu concessio in administrationem fieri, per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem, et qualibet alia dicte sedis indulgentia generali uel spetiali cuiuscunque tenoris existat, per quam presentibus non expressam vel totaliter non insertam effectus huiusmodi gratie impediri valeat quomodolibet vel differri, et de qua cuiusque toto tenore habenda sit in nostris litteris mentio spetialis. Nos enim tecum vt Magistratum predictum recipere et retinere libere et licite valeas, defectibus predictis, ac Lateranensis Concilii, aliisque Constitutionibus et ordinationibus apostolicis, statutis quoque et consuetudinibus, stabilimentis, vsibus et naturis, priuilegiis et indultis supradictis, ceterisque contrariis nequaquam obstantibus, motu auctoritate et scientia similibus de spetialis dono gratie dispensamus, Prouiso quod dictus Magistratus debitis propterea non fraudetur obsequiis, sed illius congrue supportentur onera antedicta, Et insuper ex nunc irritum decernimus et inane si secus super hiis a quoquam quauis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attemptari. Tu autem, Carissime fili, onus tibi iniunctum sic sollicite fideliter et prudenter succedentibus Annis studeas exercere quod ex inde optati fructus succedant quos speramus, tuque non immerito possis apud nos et sedem predictam commendari. Nulli ergo omnino hominum liceat

Digitized by Google

hanc paginam nostre concessionis, constitutionis, mandati, derogationis voluntatis, dispensationis et decreti infringere, vel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attemptare presumpserit indignationem omnipotentis dei ac beatorum Petri et Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum.

Datum Rome apud Sanctum petrum Anno Incarnationis dominice Millesimo quingentesimo uigesimo secundo, Quartodecimo Kalendas Aprilis, Pontificatus nostri Anno Primo. — *T. Hezius* [1].

Carta de D. Miguel da Silva a el-Rei.

1523—Março 21.

Senhor. — Das cousas de Rhodes nam ha y outra nenhuuma [1] nova mays que as que nessoutras cartas escreuo, e verá pollos trelados de alguumas que vyerão de candia. Ha verdade he que não lhe guardarão os capitulos, posto que se escreua de lla que sy, porque o mestre quer que se digua por escusar sua pouca diligencia e pouco resguardo com que assentou seu partydo. Elle tem la feyta prouysão do priorado por morte do amaral, de que largamente ha dias que escreuy a vossa alteza a treyção que quis ou lhe poserão que queria fazer, e como foy justiçado por ysso. Eu porem tenho [2] fyrme este passo com ho papa pera que tal prouisão em pouco nem em muyto possa prejudicar a vossa alteza, nem ho mestre podia tal fazer, que pollo breue que em saragoça o papa concedeo a vossa alteza lhe tyrou tal poder: assy que neste parte estê descansado que qua não passará nada em contrayro, e de seu seruiço se terá tal cuydado que não se perderá nada por descuydo [3].

Ho castello de milão he Rendydo ha partydo, saluas as uidas e as pessoas dos soldados: toda outra pessoa se resgatará segundo dizem. Aos quatorze [4] se dará, e ja sam dados arrefeens. Sayrão de dentro quatrocentos doentes, de que ja dizem que são mortos os dozentos, tam mal trautados estauão. Dizem que ha acerca de huum anno que lhe falece o

[1] Arch. Nac., Gav. 7, Maç. 12, n.º 21.

Digitized by Google

calçado e o vynho, que pera franceses não he cousa pera joguetar [5] falecer vynho.

Roma ateguora esteue arrezoadamente, aynda que nam de todo saam: aguora torna a [6] estar muy mal, nem ha y dia que não morram trynta e mays de pestenença, e he cousa muy perigosa, e toda pessoa honrada se saye, e o papa dizem que assy o quer fazer, aynda que são framengos e não temem nada este mal; e assy lhe morrem cada dia os creados que ja he mayor perigo falar com o papa que entrar em huum esprital. Eu nunqua cuydey que hauia d estar em lugar onde de mynha janella vejo leuar muitos homens ha coua, e de tal enfermidade; todavya estarey em quanto vyr que assy cumpre a serviço de vossa alteza, cujas mãos beijo, e nosso senhor sua vida e Real estado guarde e acrecente como deseja.

De Roma aos XXI de março de 1523. — *Dom miguell da Sylua* [1].

Bulla do Papa Adriano VI dirigida ao Infante D. Henrique.

1523—Abril 10.

Adrianus papa VI Dilecte fili salutem et apostolicam benedictionem.

Cum charissimus in christo filius noster Joannes Portugalliae et Algarbiorum Rex Illustris, frater tuus germanus, nobis exponi fecerit se cupere vt tu, qui in decimo uel circa tuae aetatis anno constitutus existis, ac litterarum studio incumbis, in ipso studio perseueres, quoque id melius facere possis, tecum, vt donec vigesimum eiusdem aetatis annum

[1] ARCH. NAC., Corp. Chron., Part. I, Maç. 29, Doc. 40. *O documento n.° 42 é a segunda via d'esta carta, mas com as variantes seguintes:*

[1] nenhuma outra
[2] eu tenho porem
[3] que nam passará nada por descuido
[4] aos XIIII dias d abril
[5] joguatar
[6] saam: torna agora a renovar e

Digitized by Google

attigeris, ad recitandum diuinum officium et horas canonicas minime tenearis, dispensare; Nos ipsius Joannis Regis votis annuere, vtque tu in doctrina melius proficere valeas, prouidere volentes, tecum, vt ratione quoruncunque bonorum ecclesiasticorum cum cura et sine cura secularium, et quorunuis ordinum regularium per te nunc et pro tempore obtentorum quecunque, quotcunque et qualiacunque sint, quousque dictum vigesimum annum attingas, dummodo interim horas gloriosae virginis Mariae per te ipsum recites, ac per alium clericum aut religiosum horas canonicas loco tui recitari facias, ad easdem horas canonicas per te recitandas minime tenearis, auctoritate apostolica tenore presentium de speciali gratia dispensamus: Non obstantibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis, ac statutis et consuetudinibus ecclesiarum uel regularium locorum, in quibus ipsa beneficia forsan fuerint, etiam iuramento, confirmatione apostolica, uel quauis firmitate alia roboratis statutis et consuetudinibus, caeterisque contrariis quibuscunque.

Datum Romae apud sanctum petrum, sub annulo piscatoris, die x Aprilis MDXXIII pontificatus nostri anno primo. — *T. Hezius* [1].

Breve do Papa Adriano VI dirigido a el-Rei.

1523—Abril 11.

Adrianus papa VI Charissime in christo fili noster salutem et apostolicam benedictionem.

Nuper dilectum filium nostrum Alfonsum sancte Luciae in septem soliis diaconum Cardinalem, in XIII vel circa sue etatis Anno constitutum, Ecclesiae Vlixbonensis tunc certo modo vacantis administratorem vsque ad XX eiusdem etatis annum de fratrum nostrorum consilio constituimus, et cum XX annum attingeret, de persona sua eidem ecclesiae prouidimus, ipsumque illi prefecimus in Archiepiscopum et pastorem, Ecclesiam vero Elborensem etiam tunc certo modo vacantem sibi per eum quoad viueret tenendam, regendam et gubernandam commendauimus, ac prio-

[1] ARCH. NAC., Maç. 36 de Bullas, n.° 67.

Digitized by Google

ratum Monasterii per priorem soliti gubernari sancte Crucis ordinis sancti Augustini Colimbriensis, illius commenda per cessionem eiusdem Alfonsi Cardinalis in manibus nostris sponte factam et per nos admissam cessante, èo quo ante commendam ipsam vacabat modo vacantem Dilecto filio Henrico de Portugallia scolari, ipsius Alfonsi Cardinalis fratri germano, in octauo vel circa suae etatis anno constituto, sibi postquam clericali caractere insignitus foret per eum quoad uiueret tenendum, regendum et gubernandum primo commendauimus; et deinde, cum prioratus Monasterii sancti Georgii ordinis et diocesis prédictorum, ac Monasterium de lafontes Cisterciensis ordinis Visensis diocesis extra Romanam curiam certo modo vacassent, Nos illa sic vacantia eidem Henrico etiam per eum quoad uiueret tenenda, regenda et gubernanda etiam commendauimus, prout in litteris apostolicis desuper confectis plenius continetur. Cum autem, sicut accepimus, felicis recordationis Leo papa x predecessor noster cum eundem Alfonsum Cardinalem, tunc in minoribus et in octauo dicte sue etatis anno constitutum, administratorem ecclesiae Egitaniensis ad certum tempus tunc expressum deputasset, ac dictum prioratum sancte crucis tunc vacantem sibi per eum quoad uiveret tenendum, regendum, et gubernandum commendasset clarae memoriae Emanueli Portugaliae et Algarbiorum regi, tuo et eorundem Alfonsi Cardinalis et Henrici genitori, ut mensae Episcopalis Egitaniensis ac Prioratus sanctae crucis huiusmodi fructus redditus et prouentus, donec idem Alfonsus Cardinalis tunc in minoribus constitutus ad xv dicte etatis annum perueniret, percipere colligere et tenere, ac illos tam in ecclesiae egitaniensis ac prioratus sancte crucis et Alfonsi Cardinalis huiusmodi necessitatibus, quam in prosecutione belli contra infideles Affricae, prout magis cognosceret et sibi videretur expedire, super quo suam conscienciam onerauit, conuertere valeret licentiam et facultatem concessit. Nos considerantes in quo discrimine sit christiana respublica constituta, presertim postquam ciuitas et tota insula Rhodi in Turcarum Tyranni potestatem redacta fuit, nisi per reges et principes christianos de opportunis remediis prouideatur, sperantesque Maiestatem tuam licet quamplures et graues impensas post obitum eiusdem Emanuelis Regis genitoris tui subire coacta fuerit, ipsius genitoris vestigia, qui pro dicte insule conseruatione tempore eiusdem Leonis predecessoris classem ad partes illas destinauit, imitando, huic necessitati non defuturam, eidem Maiestati tuae ut id eo facilius efficere ac nos iuuare valeat, quod

Digitized by Google

Vlixbonensis Archiepiscopalis et Elborensis Episcopalis Mensarum ac Prioratuum et Monasterii de lafontes fructus redditus et prouentus, donec quilibet ex Alfonso Cardinali et Henrico fratribus tuis huiusmodi ad XX eorum etatis annum peruenerit, colligere, illosque, deductis his quae pro reparatione et manutentione Vlixbonensis et Elborensis ecclesiarum ac Prioratuum et Monasterii de lafontes, et Alfonsi Cardinalis ac henrici huiusmodi intertentione necessaria fuerint, in sustentationem classis pro reipublice christiane aduersus infideles necessaria defensione parande, prout tibi videbitur expedire, conuertere possis et valeas, licentiam et facultatem concedimus per presentes: Non obstantibus premissis ac constitutionibus et ordinationibus apostolicis, ceterisque contrariis quibuscunque.

Datum Rome apud sanctum petrum, sub annulo piscatoris, die XI Aprilis MDXXIII, Pontificatus nostri anno Primo. — *T. Hezius* [1].

Carta de D. Miguel da Silva ao Secretario de Estado.

1523 — Abril 15.

Senhor. — Por sayr da obrigação em que vossa mercê jaz por mym a ElRey nosso senhor, mando aquy a bulla dos dous moysteyros que mandou pedyr pera seu Irmão, os quays fora muy boa e honrada cousa que valeram ao menos dez mil ducados, mas eu creo que ysto se faz por curar os homens de cobiça, e fazer que se contentem com pouco, vendo o pouco em tam altas mãos; e nysto nam diguo mays. Vossa mercê, poys diz que he meu Senhor e ho he muyto verdadeyramente, se lembre do que tantas vezes lhe tenho pedido por merce que he lembrar mynhas cousas a elRey, e pryncipalmente que me dê licença pera ho yr seruyr, que assy deus me ajude que ho procurays pera quem vos ha de seruir mays do que podeys cuydar nem nynguem vos quererá dizer; e esta carta quero que seja obrigação pera todo sempre, e assy a guarde pera me chamar mao homem se assy não for, mas qua não quero que me

[1] Arch. Nac., Maç. 3 de Bullas, n.º 16, e Maç. 36 n.º 53.

Digitized by Google

obrigue a nada porque nem qua não quero nada senão ho de lá. Digua vossa mercê a sua alteza, que com a pressa me esquecco de lho escreuer, que o barroso lhe merece muy pouco qua, porque teue maneyra como o correo de sua alteza fosse preso acerca de barcelona, como mandarey os estormentos que ho mesmo correo trouxe; e despachou sobre o mesmo caso correo, e, se não fora o que deus sabe, ja elle tynha sua supricação na mão, e aprouve a deus, ao papa, e a meus senhores e amigos que tudo tornou debaxo. Nysto direy pollo outro correo mays larguamente meu parecer, e prazerá a nosso senhor que tras elle muy cedo o poderey eu fazer em pessoa. Não tenho tempo pera mays dizer, e pera vos, senhor, seruir tenho muito mayores desejos do que vossa merce pode ter de ser seruido, e assy lhe beijo as mãos.

De Roma, morrendo cada dia de pestenença trynta e quarenta pessoas, e eu aquy pollo que compre a seruiço de sua alteza em tamanho perigo que nunqua o de mym cuydey, aos xv de abril 1523.

A seruiço de vossa mercê. — *Dom miguell da Sylua* [1].

Carta de D. Miguel da Silva a el-Rei.

1523—Abril 27.

Senhor. — Neste ponto que somos aos XXVII de abril ao sol posto me chegua nova do paço como he preso o cardeal de vulterra, e metydo no castello donde nam se cree que saya nunqua. Este he o imigo do cardeal de medicis e que ja quis dar peçonha a papa lião, e aguora per derradeyro trataua com el Rey de França de lhe dar Sicilia ; e as cartas suas sobre este caso se tomarão, que yam em cyfras, e forão descyfradas, e acharão se nellas cousas milagrosas assy contra o emperador como contra o papa. Foy huuma muy grande dita do cardeal de medices, e por conseguinte do mayor seruydor que vossa alteza tem nesta terra, porque aguora sem nenhuuma duvida será sua valia sem nenhuuma contradição.

[1] Arch. Nac., Corp. Chron., Part. I, Maç. 29, Doc. 50. *Diz no sobrescripto*: Ao muyto prezado senhor o senhor Antonio Carneiro Secretario d elRey nosso Senhor.

Digitized by Google

As mays particolaridades deste negocio escreuerey pollo correo que mando, que cada dia o tenho a cauallo pera o fazer partir, e ate aguora nam acabey de hauer todos os despachos has mãos.

A pestenença vay cada dia crecendo, e a corte desbaratando se, e creo que o papa se sayrá de Roma e andaremos por aldeas. Obediencia ate oje de Rey nam he dada nenhuuma, e se ysto assy vay não se dará tam cedo, todauia o papa fala na de vossa alteza. O Infante duque de austria ha tem dada, e assy as senhorias de italia, todos sem muyta cerimonia pollos tempos serem tays que as não soffrem. Com ella poderia a meu ver vossa alteza acabar muytas cousas de seu seruiço e estoruar muitas de seu deseruiço ; todauia nysto nam falo por não parecer que falo em mym, poys he certo que vossa alteza entende tudo milhor que ninguem, e a mym nam me passa pella fantesia senão vosso seruiço.

Acursio começa a querer falar em sua demanda antiga de tarouca : trabalho quanto posso que a bulla de papa lião, que sobre este caso se despachou, se guarde, todauia as cousas vão tam estreytamente que he necessario esperar menos que nunqua e temer tudo. Nesta e em outras muytas cousas de seruiço de vossa alteza falaria mais affouto se acerca da despesa não me posesse leys tam limitadas ; e com tudo nam deyxarey de lembrar a vossa alteza que os Reys ham de querer as cousas, e nam graça na despesa dellas, porque em fym as cousas se paguam a sy mesmas, e o apertar a mão faz que se perdem ocasiões que nunqua tornão.

Beijo as mãos de vossa alteza, cuja vyda e Real estado nosso senhor deus guarde e acrecente como deseja.

De Roma aos XXVII de abril de 1523. — *Dom miguell da Sylua* [1].

[1] Arch. Nac., Corp. Chron., Part. III, Maç. 4, Doc. 74.

Digitized by Google

Bulla do Papa Adriano VI.

1523—Abril 30.

Adrianus episcopus seruus seruorum dei ad futuram rei memoriam.

Monet nos ueritas in Propheta uigilem pastorem uenientem gladium ex specula prospicere atque annuntiare oporteret, alioquin animarum que perierint exactam rationem ab eo requirendam esse: hoc propensius cogitantes Romanos Pontifices predecessores nostri, presertim ab eo tempore quo Turcarum effrenata rabies Constantinopolim expugnauit, ac procul intuentes hostilem gladium christianorum iugulis in dies magis imminentem ad christianos omnes, et presertim Principes qui iuxta Isidorum a christo ecclesiam tuendam susceperunt, clamare ac eos monere non cessarunt quantum vniuerse christianitati periculum atque excidium immineret, nisi mutuarum inter se dissensionum et discordiarum obliti communi hosti resisterent, atque impetum christianam religionem funditus euertere molientis reprimerent, hactenus tamen malo nostro annuntiata calamitas non fuit credita; non fuerunt audite ipsorum Pastorum uoces, sed utiles eorum admoniciones surda pertransiuere aure christiani Principes, quorum culpa immanissimo christi hoste inualescente christiana respublica innumeris cladibus ac ruinis uexata atque afflicta fuit, ac tot iacturas et irreparabilia damna accepit, ut nemo christifidelis absque ingenti merore et lacrimis ea referre, audire ue possit. Quis enim a lacrimis abstineat, audiens sanctam illam Jerusalem ac sacrum Caluarie Montem salutifere Crucis triumpho inclitum, sacratissimoque christi redemptoris nostri sepulchro uenerandum, sanctissimaque loca illa, que dominus et saluator noster Jezus christus humana carne uestitus et sancti discipuli eius incoluere, ab infidelibus Barbaris occupata detineri, nec a nobis ipsum domini Sepulchrum, nisi precio dominici nominis blasphematoribus persoluto, uisitari posse? quis non pie ingeminat animo reputans Patriarchales illas sedes Sanctorum patrum, suauem odorem adhuc redolentes, spurcissimis christi hostibus seruire, Constantinopolim Grecie lumen et orientalis Imperii caput, reliquamque Greciam et magnam Europe

Digitized by Google

partem, Syriam, Asiam ipsam fere vniuersam, ab infidelibus Turcis, christianorum Principum culpa, ablata fuisse, miserosque christianos illic degentes, nisi christum abnegare et Mahumetice impietatis et Sathane Mancipia fieri uelint, dira et crudeli barbarorum seruitute opprimi? Quis, ut antiqua et uetera omittamus, non perterreatur atque exhorrescat cogitans modernum Turcarum Tyramnum proximo Anno Belgradum, quod totius Regni Hungarie claustrum semper fuit, breuissimo temporis spacio cepisse, nuper uero Insulam Rhodum, totius orientalis Maris Januam ab Jerosolimitanis Militibus per tot Annos defensam, multisque Turcarum cladibus nobilitatam, etsi maximis terra Marique copiis obsessam, non usque adeo tamen coarctatam, quin si christiani Principes inter se vniti, ac potius que Jesu christi quam que sua cuiusque erant querentes, mature succurrissent, et Rhodus ipsa ut alias paruo subsidio memoria nostra factum fuit, liberari, et de hostibus uictoria cum dei adiutorio obtineri potuisset, in ditionem ac potestatem suam redigisse, et nunc tot et tantis rerum successibus elatum aperte minari se almam Vrbem Romam sanctorum Apostolorum Petri et Pauli aliorumque Martirum sanguine consecratam, in qua Vicarii sui sedem esse uoluit Altissimus, expugnaturum, eiusque sanctissima Templa ac sanctorum uenerandas reliquias prophanaturum, Demum christianum omne Imperium et ipsius christi nomen funditus euersurum? Quocirca nos considerantes quod Saluator noster dominus Jezus christus, in excelsis tenens Imperium, gregis sui tutelam non deserens Romanum Pontificem in terris Vicarium suum constituit, qui dictum gregem uigilanti cura protegere, ipsamque ecclesiam ab omnibus aduersis, quantum in se esset, conseruare, defensare, ac Reges et Principes ad Imperii fastigia diuina permissione uocatos contra Barbaras nationes Catholicam fidem opprimere conantes potissimum inducere atque animare debeat; animoque reuoluentes nostri officii esse, hiis presertim difficillimis et calamitosis temporibus, inter ipsos christianos Reges et Principes mutuis inter se discordiis et dessensionibus diuisos pacem, quam christus in celum ascensurus tanquam munus hereditarium discipulis suis reliquit, seminare; memoresque nos, postquam de nostra ad Summi Apostulatus apicem assumptione in longinquis Hispaniarum partibus positi certiores facti sumus, antequam ad hanc Vrbem nostram iter arriperemus, Reges, Principes et Potentatus christianos litteris ac Nuntiis ad hoc vnum destinatis ad perpetuam inter se pacem et concordiam, uel saltem Anno-

Digitized by Google

rum aliquot Inducias, quam instantissime hortatos fuisse, eosque admonuisse, nullum aliud rebus nostris remedium contra formidandam Turcarum potentiam superesse, quam si illi inter se reconciliati et vniti iunctis uiribus pérfidorum hostium consilia preuerterent; et postquam, deo fauente, ad vrbem ipsam appulimus, nichil ardentiori studio et conatu procurasse quam concordiam seu Inducias huiusmodi, et tamen ob quorundam dictorum Principum heu nimis inueterati inter se odia huiusmodi instantia nostra perparum profecisse, ut Regibus, Principibus, Potentatibus ac aliis prefatis nulli excusationi locus ultra relinquatur, omnesque intelligant nos nichil, quod ad pastorale officium attinet, omisisse, cogimur ex quo humana admonitio atque auctoritas uti experientia docuit, ad premissa frustra tentata est annorum aliquot Inducias seu Treugas inter ipsos Reges, Principes ac Potentatus sub ecclesiasticis censuris et penis diuina auctoritate, qua Jesu christi in terris Vicarium licet immeriti agentes fungimur, indicere ut si non zelo fidei ac religionis ipsius christi, cuius causa agitur, saltem diuini Judicii metu ad cor redeant, et priuatis affectibus publica commoda anteponant. Habita igitur super hiis cum Venerabilibus fratribus nostris sancte Romane ecclesie Cardinalibus matura deliberatione, ac diligentissimo examine, ad laudem et gloriam omnipotentis dei et indiuidue Trinitatis patris et filii et spiritus sancti, atque ad reuocandam saltem ad tempus hereditatem domini, pacem scilicet et concordiam a christianis finibus tandiu nostris demeritis exulantem, atque ut tandem sancta et pernecessaria expeditio vniuersali christianorum damno et dedecore tandiu procrastinata ulterius non differatur, quorundam predecessorum nostrorum, presertim Innocentii III, Nicolai V, et aliorum uestigiis inherentes, Triemnales Inducias seu Treugas inter omnes Reges ac Principes, Communitates, Potentatus, respublicas, ceterosque christifideles seculares et ecclesiasticos de omnipotentis dei ac prefatorum Petri et Pauli Apostolorum eius, et ea que nobis ex alto concessa est auctoritate, ac de eorundem fratrum consilio et assensu indicimus, ac eosdem Reges, Principes, Communitates, potentatus, respublicas, ceterosque christifideles omnes premissas Inducias seu Treugas, sub excommunicationis late sententie, anathematisque et interdicti ecclesiastici in terris et dominiis eorum omnium et singulorum penis, dicto durante Triemnio, inuiolabiliter seruare debere decernimus, eos nichilominus in uirtute sancte obedientie requirentes, ac per uiscera misericordie domini nostri Jesu christi per acer-

Digitized by Google

bissimam passionem, quam immaculatus et innocens Agnus, ut nos miseros peccatores ab eterna morte redimeret, pati dignatus est, per Judicium extremum, in quo omnes stabunt ante Tribunal eius accepturi, vnusquisque secundum opera sua per que spem uite eterne, quam repromisit deus diligentibus se, paterno affectu obtestantes ut in vnitate et charitate mutua, sine qua nichil deo acceptum esse potest, perseuerantes a mutuis offensionibus abstineant, armaque bellica christiani contra christianos, dicto durante Triemnio, amplius non exerceant; Satis enim superque fraterni sanguinis per fratres effusum, satis cum grauissima dei offensa inter uos christiani Reges, Principes et Potentatus seuitum est, Velitis ergo Iniuriarum, que inter uos inuicem illate atque accepte fuerunt, propter christum redemptorem uestrum saltem ad tempus obliuisci, ut manifeste ruine uobis et vniuerse christianitati ab immanissimis christi hostibus imminenti vnione et concordia uestra occurrere, vnitisque animis et armis hostes ipsos, non tam propriis uiribus suis quam nostris discordiis et dissensionibus confidentes, a uestris et subditorum uestrorum omniumque christianorum ceruicibus repellere, necnon tot Ciuitatibus, Prouinciis et Regnis uobis ademptis recuperandis, fratribusque uestris crudelissimo seruitutis iugo tandiu oppressis, opemque uestram sublatis ad celum manibus implorantibus a perfidissimi Turcarum Tyramni iugo durissimo eripiendis, uiam parare possitis. Date Inducias has deo a quo tam amplam in terris potestatem accepistis, ut eo uobis hoc pacto placato potestatem uestram alioquin, ut certo expectare potestis, uobis auferendam retinere mereamini. Date denique Inducias ipsas christo Saluatori nostro, qui in ligno Crucis tenso corpore pendens crucifigentibus se pepercit, ac deum patrem pro illis etiam rogauit, qui nos de nichilo a se creatos et per Primorum parentum inobedientiam exules paradisi factos, nullis nostris meritis sed infinita sua clementia, precioso suo sanguine redemit, ne si, quod absit, priuatas inimicitias et commoda uestra eius honori preferentes tam immensis eius beneficiis ingratos uos exhibueritis, sacramque eius religionem a perfidissimis hostibus conculcari, et innumerabiles ipsius christi sanguine redemptoris animas uel in miserrimam seruitutem abduci, uel in exitiale infidelitatis baratrum precipitari permiseritis, horrendum et durissimum ipsius, qui terribilis est et aufert spiritum Principum, Judicium et in presenti et in futuro contra uos prouocetis. Ceterum, quia forte peccatis nostris exigentibus Inimicus humani generis ubi dicte Inducie per

Digitized by Google

uos uestris immo diuinis hiis mandatis obedientes acceptate fuerint, quas a principio impedire non potuit, temporis successu perturbare non desinet, licet eam de prudentia magnanimitate et constantia uestris in domino fiduciam habeamus ut nullo modo nos eius malignitati locum daturos arbitremur, vt tamen propterea Inducie ipse non dissoluantur dubiorum siqua super Induciis huiusmodi aut earum dependentibus emergentibus annexis uel connexis quoquomodo oriantur, decisionem et declarationem nobis tanquam Summi pacis auctoris uices in terris gerentibus una cum prefatis fratribus nostris reseruamus, ipsis Induciis nichilominus iuxta presentium litterarum tenorem in suo robore permansuris. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre indictionis, constitutionis, requisitionis, obtestationis et reseruationis infringere, uel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attemptare presumpserit indignationem omnipotentis dei, ac beatorum Petri et Pauli Apostolorum eius, se nouerit incursurum.

Datum Rome apud Sanctum petrum Anno Incarnationis dominice Millesimo quingentesimo uicesimo tertio, Pridie Kalendas Maii, Pontificatus nostri Anno Primo. — *T. Hezius* [1].

Breve do Papa Adriano VI, dirigido a el-Rei.

1523—Maio 1.

Adrianus papa vi Charissime in christo fili noster salutem et apostolicam benedictionem.

Nouit deus, qui nihil ignorat, quam inuiti seueritate ac rigore Vtamur, praesertim erga catholicos Reges, quos tanquam peculiares filios nostros in visceribus charitatis continue gerimus, omnique indulgentia et amoris dulcedine tractare desyderamus. Nuper, tamen, considerantes in quam graui periculo vniuersa christianitas constituta esset propter diuturnas nonnullorum Regum ac principum christianorum inter se dissensiones atque discordias, et quod nullum christianis rebus aduersus infidelium Tur-

[1] Arch. Nac., Maç. 35 de Bullas, n.º 16 e Maç. 4 n.º 13.

Digitized by Google

carum formidandam potentiam ac rabiem in dies inualescentem, extremamque ruinam ipsi christianitati minitantem, efficax remedium adhiberi posset, nisi ipsi Reges ac Principes christiani discordiis ac bellis intestinis finem imponerent, seque inuicem aduersus communem hostem adiuuarent; Videntesque Nos eosdem Reges ac Principes, propter inueterata eorum inter se odia, prope annum integrum frustra et sine fructu ad pacem seu paucorum saltem annorum inducias fuisse adhortatos, paternaque nostra monita ab eis fuisse plane obaudita, coacti sumus ad seueriora remedia deuenire, ac per poenale monitorium eis ac aliis Regibus Principibus, Potentatibus, caeterisque christianis omnibus et singulis triennales inducias indicere, cuius monitorii cum plura exemplaria in diuersas christianitatis partes mittenda fieri mandauerimus, Vnum ex illis ad Maiestatem tuam destinandum putauimus Quae cum christianae Reipublicae (de cuius summa nunc agitur) et pacis christianorum inter se more clarissimorum maiorum suorum studiosissima sit, non poterit non consilium nostrum laudare, ac paternis monitis nostris parendo, ipsas inducias acceptare libenter et inconcusse obseruare. Eam itaque ex parte omnipotentis Dei (in cuius manu caelestia et terrena sunt omnia) hortamur, atque requirimus Vt pro eo fidei ac deuotionis zelo, quem dicti maiores sui erga sacram christi Religionem, et hanc sanctam sedem, maxime in periculosis temporibus qualia nunc imminent, ostendere consueuerunt, ipsaque Maiestas tua, in quibus hactenus licuit, ostendit, et imposterum ostensuram se non semel pollicita est, velit dictas inducias non solum acceptare atque obseruare, sed etiam omni studio ac diligentia, tam apud charissimum in christo filium nostrum Carolum Romanorum Regem catholicum in Imperatorem electum (ad quem etiam hac ipsa de re scribimus, et similiter monitorii praedicti exemplar mittimus) quam apud alios Reges ac Principes cum quibus sibi arctior coniunctio intercedit, et apud quos plurimum suam valituram nouit authoritatem, instare, vt te illi idem facere, ac tam priuatae suae quam publicae saluti inducias huiusmodi acceptando et obseruando, consulere consentiant. Quo si Maiestas tua, vt speramus et optamus, fecerit, non modo singularem sibi gratiam apud Nos et dictam sedem piam matrem suam comparabit, sed etiam apud omnipotentem Deum maximum sibi meritum cumulabit, eiusque potentem dexteram in Regni sui conseruatione et ampliatione secundam atque propiciam sentiet, Demumque felicitatis aeternae gaudio perfruetur.

Digitized by Google

Datum Romae apud sanctum petrum, sub annulo Piscatoris, Die prima Maii MDXXIII. Pontificatus nostri anno Primo. *T. Hezius* [1].

Carta de D. Miguel da Silva ao Secretario de Estado.

1523—Maio 20.

Senhor. — Sendo os caminhos tam incertos, e por lá chegarem as cartas comprindo dobrallas e tresdobrallas, ha me vossa mercê de perdoar se todas minhas cartas nam forem de minha mão, porque onde ha tam verdadeiro amor, nam he bem que aja cousa que tenha nem soomente semelhança de cirimonia: sem passar mais adiante me ey por perdoado. Por todollos correos passados tenho escrito a vossa mercê, e por este torno a mandar o trelado da derradeira que escreui; e ainda que escreva outras cento em todas ellas nam saberia dizer outra cousa senam que em nenhuma parte deste mundo nam tem vossa mercê nenhuum mais verdadeiro amigo, nem mais certo seruidor que eu, e como tal me desejo onde vos possa servir, e espero em noso senhor que verá vossa mercê alguum dia quanto d alma say isto que digo.

Pollos correos tenho mandado a sua alteza a bulla do mestrado de christos, e a dos moesteiros de sam Jorge e alafões: por esta mando trellados autenticados de tudo isto e mais de lixboa e evora e santa cruz, porque se possa fazer tudo o que se faria pollas mesmas bullas, que as proprias nam ouue por bom conselho mandallas a tamanho perigo: sendo a expedição de tamanho perigo, e esperando eu cada dia licença de sua alteza, fiz conta de as poder levar com hos mais negocios, que até tornada deste correo se poderem despachar. Bem sey que se nam esquece vossa merce de mim, mas esquecendo-se elRey nam poso deixar de lhe lembrar que o que faz por mim faz por si mesmo, e por seu proprio seruiço. Eu nam sey já que esperar, nem espero senam muito menos do que ate qui esperey e do que meus seruiços merecem, e porque parte disto

[1] ARCH. NAC., Maç. 36 de Bullas, n.º 24.

Digitized by Google

que espero he licença que eu tanto desejo e tanto estimo, nam quero dizer que espero pouquo.

Este correo tornará logo porque asi cumpre pera a concrusão dos negocios: beijarey as mãos a vossa merce mandar me por elle alguuma certeza de mim, e ver o em que o ey de servir antes de minha partida de qua, que la eu sey bem o que ey de fazer. Beijo senhor vossas mãos.

De Roma aos xx dias do mez de maio 1523.

A serviço de vossa merce — *Dom miguell da sylua* [1].

Carta de D. Miguel da Silva a el-Rei.

1523 — Maio 25.

Senhor. — Ate aguora esperey saluo conducto de França pera este correo, que mo tynha prometydo o cardeal Daus; e posto que tardaua, hauia por mays seruiço de vossa alteza yrem estas bullas seguras, principalmente tendo já auisado por outras vias como eram concedidas, que por dez dias de tempo poellas a Rysco de se hauerem de tornar a expedyr outra vez, principalmente neste tempo que acerca das despesas vay tudo sem nenhuuma graça, e na verdade ha Igreja estaa de maneyra que tem dysso e de muyto mays necessidade. Socedeo a prisão do cardeal de vulterra, e por ser a causa por querer dar Sicilia a franceses, e outras semelhantes cousas, de que darey conta em outra carta, o papa ordenou que fossem tomados todos os correos que fossem e vyessem a uia de França, por onde se me cerrou toda esperança de seguramente poder mandar estes despachos por terra, e determinei mandar soomente os treslados autenticados pollo auditor da camara, e de maneyra que por elles se podem tomar posses e usar da toda Jurdição, assy como se fazia pollas proprias bullas.

Aos quatro de março despachou o papa correo sobre a perda de Rodes, e por elle escreuy a vossa alteza todo o que sua santidade naquella materia me mandaua que lhe escreuesse, e a mym pareceo que compria

[1] Arch. Nac., Corp. Chron., Part. I, Maç. 29, Doc. 64.

Digitized by Google

haa necessidade em que a sé apostolica se achaua e perigo manifesto de toda a christandade, o qual prouvesse a nosso senhor que nam fosse cada dia mayor como he.

Aos XXI de março partyo d aqui huum criado do emperador, pessoa honrada, com despachos de muyta sustancya, e por elle mandey a vossa alteza a bulla da administração do meestrado de christos, e a prouisão dos moysteyros de sam Jorge de coymbra e alafões de viseu pera o Ifante dom amrique vosso Irmão.

Aos XXVII d abril mandey os treslados de todas minhas cartas scritas ate aquelle tempo, e juntamente as copias das bullas que o criado do emperador leuara; e por todos estes correos torney a escreuer sobre Rodes ho mesmo que quatro de março escreui, e por ysso por este hey por escusado tornar a repricar aquella carta, hauendo por certo, por auiso de França, que passou a saluamento: somente mandarey o treslado das cartas, que partyrão a XXI de março e a XXVII de abril.

Ho papa me deu audiencia muytas vezes sobre todos estes negocios de vossa alteza, e sobre cada huum disputámos longamente, não, a meu parecer, porque a sua santidade faleça vontade de lhe comprazer, mas por ser sua tenção muy posta em tornar as cousas a outro estilo, e vyr a Roma novo e com muy maa opinião de quanto pollos papas passados nella se usaua de conceder, e ajuntando sse com ysto não ter pratica das cousas de qua: em tudo poem mays duvida aynda da que tem, e ho mays certo caminho que ha y pera sua santidade negar huuma cousa he dizerem lhe que he de estilo da corte e concedido por alguns dos papas que ho passarão. Sua tenção he sanctissima, e sua vida sem nenhuuma reprensão em tudo o que se vê: prazerá a nosso Senhor que o merecimento destas duas partes allumiará o gouerno.

No arcebispado de lixboa e bispado d euora, por serem duas Igrejas cathedrays, lhe desaprazia darem se a huuma só pessoa; todavia, por ser o cardeal Irmão de vossa alteza e filho delRey vosso padre, e pollo mays que sobr este caso a este proposito se lhe disse, foy contente e da propria maneyra que ho eu pedy pera não hauer embaraço de administradores: e a maneyra, Senhor, he que deu ho arcebispado de lixboa em administração ate idade de XX annos, e de ay por diante em titulo; o bispado d euora em comenda em sua vida.

Ho priorado de Sancta cruz concedeo liuremente ao Ifante dom an-

Digitized by Google

Senhor. — No ponto que ho R.^{mo} cardeal de medicis foi eligido papa, despachei correo a vossa alteza com toda diligencia, por me parecer nova de tanta importancia, asi pera bem vniversal da cristandade como pera serviço de vossa alteza, que era bem saber della com a mais presteza que fose posivel. Esta escrevo no ponto que se acabou de fazer a coroação em sam pedro, e com ella mando o treslado de outras duas que tenho escritas, por onde vossa alteza verá como pasou esta santa eleição particolarmente; e a segunda não sey se alcançou ha primeira, por iso a torno a mandar tambem aqui. E ho que se fez despois de a ter escrito foy que, em se fazendo dia quinta feira XVIII de novembro, o papa com todollos cardeaes entrou no escrotinio em habito de cardeal, e se asentou no lugar em que sendo cardeal se asentava, sem ninhuuma cirimonia, salvo aquella que per erro lhe fazião os que sabião que era já papa, e nam cuidavão em mais. Os outros escrotinios se fazem secretos: este se fez que eu e outros conclauistas vimos ho que pasava. Antes que se começase a misa foi lido publicamente huum protesto do papa, no qual protestava que elle vinha ao escrotinio sem prejuizo alguum da passada eleição, e que protestava que no que então se avia de fazer nam se podese diminuir cousa alguuma do pasado, e que o escrutinio se fazia soomente por conservar o costume antigo. Feito isto se dise a misa do esprito santo, e acabada cada cardeal, segundo a hordem, meteo seu voto no calix, e ho papa ho seu tambem como os outros, os quaes se lerão pubricamente e todos de huuma mesma maneira dizião: eu foão elego por papa ao Reverendissimo senhor meu ho cardeal de medicis. O do

que fazem ás cartas de D. Miguel da Silva; e quanto ao mez, posto que mais difficil de determinar, entendemos comtudo ser o de novembro, excluindo os anteriores porque ainda no dia 26 d'este o embaixador se queixa de não receber cartas del-Rei, e o ultimo do anno porque não apparece allusão nenhuma ao novo Papa Clemente VII.

Digitized by Google

papa dizia : eu o cardeal de medicis elego em papa o Reverendissimo cardeal santa cruz, e o Reverendissimo cardeal de monte. A santa cruz fez ho papa esta honra de lhe dar seu voto por ser adaiam dos cardeaes ; a monte por lho pidir por merce, segundo sua santidade proprio me disse despois. No ponto que os votos forão acabados de leer, todos hos cardeaes tomarão ho papa polla mão e ho vestirão, e lhe poserão ho anel no dedo, e ho pubricarão ao povo com a cruz, como he costume. Daqui em pontifical o levarão a sam pedro, e se fezerão todalas outras cirimonias, das quaes a principal e a derradeira he a da coroação, que oje se fez : prazerá a noso senhor que será pera muitos annos e muito bem da igreja e de toda a cristandade. Nam poderia vosa alteza creer a geral alegria que esta eleição deu ao povo, e o aseseguo em que tem postas todallas cousas de qua. Creio que por este mesmo correo mandarey a vossa alteza breves de sua santidade, que me dise que lhe queria escrever logo. Hos capitollos do conclaui mandarey a vossa alteza por outro correo : huum delles he que os beneficios, que ho papa tinha sendo cardeal, se Repartão igualmente por todollos cardeaes, e era tanta a Renda que, sendo XXXVIII, vem a cada huum mil e trezentos ducados de Renda cada anno ; e isto se faz tam igualmente que nam ha i ninhuuma deferença de quem servio bem aos outros. E crea vosa alteza que ha cem annos que nam se fez eleição tam limpa como esta, que nam ha i pesoa que possa dizer que lhe foy prometida ninhuuma sorte de cousa, e tanto milhor se conhecerá a virtude e conhecimento de sua santidade aos que ho bem servirão. Nesta nom ha hi mais que escrever senão que ha seis meses, e pasa delles, que nam tenho carta de vosa alteza, nem Recado alguum, avendo tantas cousas de seu serviço sobre que lhe tantas vezes lhe tenho escrito, em que sem sua Reposta nam se pode tomar concrusão. He bem que com toda diligencia escreva ao papa, e faça aquela demostração d alegria, que huuma tam santa eleição merece ; e juntamente me escreva a Resolução que quer que se tome nas cousas do priorado do crato e bispado de viseu. E porque na bulla das comendas avia alguuma duvida se era derrogada por papa adriano por huuma Regra de chancelaria, a qual por nam ser muito crara, como escreui a vossa alteza, ouue por mais voso serviço disimular, que mostrar que vossa alteza avia sua graça por derrogada, nam creo que agora seja bem deixar isto asi em pendente ; e pera segurança de tudo em todo tempo será bem expi-

Digitized by Google

dir nova bulla, com a qual se posa durmir Repousado que em ninhuum tempo posa aver mudança na graça de papa lião.

Ho grão mestre apertará Rijo em suas cousas, e, nam avendo Reposta de vosa alteza do que sobre ellas ey de fazer, estou em grande confusão. Trabalharey quanto for em mim com ho papa que, quanto aa parte que toca ou pode tocar a serviço de vossa alteza, detenha tanto a Resolução ate que eu posa aver Reposta de minhas cartas; e asi nisto como em todallas outras cousas trabalharey que vossa alteza será de mim tam bem servido ao diante, como vossa alteza e el Rey voso padre, que deus tem, o foy polo pasado; e aja por certo que os muitos serviços, que tenho feitos ao papa, e grande amor que sua santidade me mostra, se despenderá todo em voso serviço, sem alguum pensamento de meu bem particolar, ho qual eu poherey sempre em servir bem vosa alteza, e de suas mãos e nam de outras ninhuumas o Receberey; e espero em noso senhor de mostrar esta fee, principalmente neste tempo, tam inteiramente que vosa alteza soo fará ho que em todolas outras pesoas do mundo eu poderia esperar por mais que tivese servido nem servise. Beijo as mãos de vosa alteza, cuja vida e Real estado noso senhor guarde e acrecente como deseja.

De Roma aos XXVI dias de novembro 1523. — *Dom miguell da sylua* [1].

Breve do Papa Clemente VII, dirigido a el-Rei.

1523—Dezembro 2.

Clemens papa VII Carissime in Christo fili noster salutem et apostolicam benedictionem.

Singularis Lusitaniae Regum in hanc sanctam sedem obseruantia ac pietas tot iam saeculis perspecta, maiorumque tuorum erga familiam nostram non obscura beneuolentia, fecerant ut et ingens tuae Maiestatis ob assumptionem nostram futurum gaudium tanquam praesens intueremur,

[1] ARCH. NAC., Corp. Chron., Part. I, Maç. 30, Doc. 66.

Digitized by Google

et de Maiestatis tuae in nos uoluntate omnia, quae optari a nobis et a te proficisci possent, polliceremur. Quod prioribus per eundem tamen tabellarium literis abunde significauimus, neque has fuisset opus adiicere, si tantum illa uetera, de quibus prioribus illis literis egimus, inter nos intercessissent; Verum tam magna, atque illustria sunt haec recentia tuae Maiestatis beneficia per dilectum filium Michaelem Syluium oratorem tuum proximis Pontificiis comitiis in nos collata, ut omnino ingrati nobis esse uideamur, nisi huius rei quamprimum aliquam non uulgarem animi nostri significationem proferamus. Has itaque alteras non admodum usitate seorsum mittere uoluimus, quasi familiarem atque intimum quendam nuncium, quo Maiestatem tuam redderemus certiorem tuum oratorem tantum nos tuo nomine atque authoritate iuuisse, ut non modo nihil praetermissum ab eo sit, quod ad dignitatem nostram pertinere uideretur, sed longe consueta in his rebus studia praetergressus nostros pene omnes amore, diligentia ac fide superarit. Nos quid a Maiestate tua erga nos amicius, quid honorificentius fieri potuerit, non uidemus. Restat itaque ut Maiestas tua, cuius nos operam tam beneuolam tanta in re experti sumus, omnia ea de nobis sibi polliceatur, quae ab animo grato et maximis meritis obstricto proficisci par est.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub Annulo piscatoris, die secundo Decembris MDXXIII, Pontificatus Nostri Anno Primo. — *Be. El. Cremonensis* [1].

Carta de D. Miguel da Silva a el-Rei.

1523 — Dezembro 2.

Senhor. — Por outros correios escreui a vosa alteza, e lhe mandey o breue ordinario do papa de sua eleição; e porque o papa me deu neste ponto de sua mão estoutro breve, que aqui mando a vosa alteza, dizendo me que, asi como os serviços, que eu em nome de vosa alteza e per voso mandado lhe tinha feitos, erão fora de todo custume, que asi queria dar

[1] ARCH. NAC., Maç. 37 de Bullas, n.º 14.

Digitized by Google

as graças delles per carta apartada, e nam na forma em que aos outros principes se escrevia, pareceo me necesario escrever a vossa alteza estas pouquas Regras, porque nom tomasem este breve que lhe escreve por cousa hordinaria, porque o que ordinariamente se escreve a todollos outros principes, e asi a vosa alteza pola outra via, he muito diferente disto, segundo pode ver; e he bem que asi a Reposta seja mui differente do que aos outros papas se escreve, porque o grande amor que papa clemente sempre teve a el Rey voso padre, que deus tem, e este que agora mostra a vosa alteza, he fora de todo custume. E da muita honra que me o papa faz, e grande Amor que me mostra, me aproveitarey, nam em cousa alguuma minha, mas nas de voso serviço, que, asi como todollos serviços, que ao papa fiz em sua eleição, que forão grandes e que elle muito estima, se fizerão em nome de vosa alteza, e como por expresso mandado vosso, asi forão Recebidos; e asi o fruito delles nam ha de ser senam em puro serviço vosso, no qual espero de o fazer de maneira que me deva vosa alteza e faça muito maiores merces, que as que me o papa faria, quando tudo o que tenho feito em seu serviço ouuese de pagar a mim e nam a vosa alteza, em cujo nome se todo fez. Por huum correo, que tras este vai, mando a vosa alteza as bullas d evora lixboa e santa cruz originais, cujos treslados tenho mandados ha dias. Beijo as mãos de vossa alteza, cuja vida e Real estado noso senhor guarde e acrecente como deseja.

De Roma dous dias de dezembro 1523. — *Dom miguell da sylua* [1].

Bulla do Papa Clemente VII, dirigida a el-Rei.

1524—Janeiro 8.

Clemens episcopus seruus seruorum dei Carissimo in christo filio Johanni Portugallie Regi Illustri salutem et apostolicam benedictionem.

Probata constantis fidei sinceritas ac eximie deuotionis affectus, quos ad nos et Romanam gerere comprobaris ecclesiam, promeretur vt illa,

[1] Arch. Nac., Corp. Chron., Part. I, Maç. 30, Doc. 55.

Digitized by Google

que in tui ac tibi gratarum et in diuinis obsequentium personarum per predecessores nostros concessa comperimus, apostolico munimine roboremus, aliaque de nouo concedamus, prout in domino expedire conspicimus. Dudum siquidem felicis recordationis Leo papa x predecessor noster ad supplicationem clare memorie Emanuelis Portugallie et Algarbiorum Regis genitoris tui, tunc in humanis agentis, omnes et singulas causas, controuersias, lites et questiones beneficiales et prophanas ac Ciuiles contra Capellanos ac Cantores et scolares Capelle ipsius Emanuelis Regis, seu eorum aliquem in ea actu seruientes, extra Romanam Curiam coram quibusuis Judicibus et Commissariis indecise pendentes, ad se aduocauit, et illas dilecto filio Capellano maiori dicte Capelle per eum in statu debito reassumendas, audiendas, cognoscendas, fineque debito terminandas, commisit, ipsumque Capellanum maiorem, qui pro tempore foret, Judicem Ordinarium, coram quo et nullo alio dicti Capellani Cantores et scolares in quibusuis causis valerent conueniri, constituit et deputauit; necnon quod ordinarii locorum, vel alii quicunque Judices in maiore vel alios Capellanos Cantores et scolares, ac tum in dicta Capella deseruientes et solita ibi stipendia percipientes, nullam penitus superioritatem, dominium, potestatem, et iurisdictionem valerent exercere, sed essent ab aliis prorsus exempti, et inferiores Capellani Cantores et scolares prefati dicto maiori Capellano eiusque iurisdictioni superioritati et dominio immediate subiacerent, tenerenturque coram eodem Capellano maiori, aut Legatis vel delegatis sedis apostolice dumtaxat, de se querelantibus de iusticia respondere; quodque idem Capellanus maior vel eius locumtenens inferiores Capellanos Cantores et scolares predictos, qui pro tempore propter manuum violentarum in se ipsos iniectionem, dummodo membrorum mutilatio seu enormis lesio exinde non procederet, sententiam excommunicationis incurrerent, seu eorum quilibet incurreret, ab huiusmodi excommunicationis sententia iniuncta excedentibus pro modo culpe penitentia salutari absoluere, et cum eis super irregularitate si quam huiusmodi excommunicationis sententia ligati Missas et alia diuina officia, non tamen in contemptum clauium, celebrando, et illis se immiscendo contraherent, dispensare, et ab eis omnem inhabilitatis et infamie maculam siue notam per eos inde contractam penitus abolere. Infantes quoque et Judeos ac Sarracenos id sponte petentes in eiusdem Emanuelis Regis presentia debitis solemnitatibus adhibitis Baptizare, ac ipsi Emanueli

Digitized by Google

Regi ac Inferioribus Capellanis, Cantoribus, scolaribus, omnibusque aliis et singulis in dicta Capella pro tempore actu seruientibus et residentibus, Penitentie Eucharistie et alia ecclesiastica sacramenta, quotiens foret oportunum, ministrare; et tam Emanuelem quam Inferiores Capellanos Cantores, scolares et seruientes huiusmodi, etiam in casibus Episcopalibus, absoluere, et illorum decedentium corpora ecclesiastice sepulture tradere, eisdemque Inferioribus Capellanis Cantoribus et scolaribus deseruientibus, qui ad ecclesiasticos ordines promoueri vellent, vt quilibet eorum a quocumque mallet Catholico Antistite gratiam et communionem dicte sedis habente huiusmodi ordines statutis a iure temporibus successiue recipere, ac ipsi Antistiti quod illos eis si alias ad id ydonei reperti forent impendere. Quodque Capellani Cantores et scolares prefati, etiam si Religiosi essent, horas canonicas et diuina officia iuxta vsum dicte Romane ecclesie dicere et recitare, necnon ipse Capellanus maior pro se et aliis Capellanis predictis oblationes, que de manu ipsius Emanuelis Regis et similis memorie Marie Carissime in christo filie nostre, tunc ipsius predecessoris Coniugis, Portugallie et Algarbiorum Regine Illustris, ac eorundem Emanuelis et Marie Regine filiorum et filiarum, etiam in quacunque ecclesia, etiam domus fratrum ordinis Mendicantium, ad quam Regem et Reginam eorumque liberos pro tempore declinare contingeret, dummodo ipsi Capellani diuina officia inibi celebrarent et cantarent, quemadmodum in eadem Capella recipere consueuerat, recipere. Idemque Capellanus maior vel eius locum tenens matrimonium quaruncunque Nobilium personarum contracta et contrahenda in ipsorum Regis et Regine presentia solemnizare et publice benedicere, cuiusuis licentia super eo minime requisita. Et quotienscunqne et vbicunque in Missarum solemniis predicationis ministerium in Regis et Regine huiusmodi presentia per eundem Capellanum maiorem uel alium publice proponi contingeret, verbum dei illud proponens. Omnibus vere penitentibus et confessis ibidem presentibus ducentos dies de iniunctis eis penitentiis in domino relaxare. Et demum ipse maior et alii Capellani Cantores et scolares actu seruientes in dicta Capella, domo seu Curia Regia ipsius Regis residendo, omnes et singulos fructus, redditus et prouentus omnium et singulorum beneficiorum ecclesiasticorum cum cura et sine cura, que in quibusuis ecclesiis siue locis obtinebant et imposterum obtinerent, etiam si parrochiales ecclesie vel earum perpetue Vicarie aut Canonicatus et prebende dignitates,

Digitized by Google

personatus administrationes vel officia, in Cathedralibus etiam Metropolitanis vel collegiatis, et dignitates ipse in Cathedralibus etiam Metropolitanis post Pontificales maiores seu Collegiatis ecclesiis huiusmodi principales forent, et ad dignitates, personatus, administrationes vel officia huiusmodi consueuissent, qui per electionem assumi eisque cura immineret animarum cum ea integritate, quotidianis distributionibus dumtaxat exceptis, cum qua illos perciperent, si in eisdem ecclesiis siue locis personaliter residerent, Ita vt ad residendum interim in eisdem minime tenerentur, nec ad id a quoquam inuiti valerent coarctari percipere libere et licite possent, apostolica auctoritate Emanueli Regi indulsit, ac maiori et aliis Capellanis Cantoribus et scolaribus, necnon Antistiti ac Predicatori et locumtenentibus predictis, plenam et liberam ad premissa licentiam concessit et etiam facultatem per quasdam. Et deinde pro eiusdem Emanuelis Regis parte ipsi predecessori exposito quod cum a nonnullis nimium curiosis hesitari diceretur an familiares et Curiales clerici in libris familiarium et Curialium eiusdem Regis descripti, propter senium vel aliud impedimentum extra Curiam Regis huiusmodi illius stipendiis viuentes uel aliquod officium de mandato eius exercentes, ac eorundem familiarium et Curialium clericorum familiares clerici benificio earundem litterarum gaudere deberent; et propterea ipse Emanuel litteras ipsas ad illos ac etiam Curiam ipsius Regis, dum de loco ad locum ibat, sequentes, et ad prefate Marie Regine familiares et Curiales clericos, extendi, illosque sub eisdem litteris comprehendi, ac quod Capellanus maior dicte Capelle Regis, cum esset Episcopus, de causis matrimonialibus Curialium et familiarium eiusdem Regis cognoscere posset cupiebat, idem Leo predecessor per alias suas primodictas litteras, quoad id vt illarum beneficio familiares et Curiales clerici in libris familiarium et Curialium eiusdem Regis descripti, propter senium uel aliud impedimentum stipendiis tamen eiusdem Regis extra eius Curiam viuentes, uel aliquod officium de ipsius Regis mandato exercentes, ac eorundem familiarium et Curialium clericorum dumtaxat familiares clerici gauderent, Illasque etiam ad clericos Curiam ipsius Regis, dum de loco ad locum se conferret et in illa degerent, sequentes, ac familiares et Curiales etiam in minoribus ordinibus constituti dicte Regine, Quodque Capellanus maior dicte Capelle pro tempore existens, qui Episcopus foret, de causis matrimonialibus earundem personarum in dictis litteris comprehensarum cognoscere, ac aliis

Digitized by Google

Judicibus inhibere, et alia in primodictis litteris contenta exequi posset, extendit, declarauit, et ampliauit, prout in singulis litteris predictis plenius continetur. Cum autem, sicut exhibita nobis nuper pro parte tua petitio continebat, tu cupias singulis litteris predictis pro illarum firmiori subsistentia apostolice confirmationis robur adiici, pro parte tua nobis fuit humiliter supplicatum vt litteris eisdem robur apostolice confirmationis adiicere, aliasque in premissis oportune prouidere de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur, tuis honestis desideriis annuere cupientes, huiusmodi supplicationibus inclinati, singulas litteras predictas, ac omnia et singula in illis contenta, auctoritate apostolica tenore presentium approbamus et innouamus, supplemusque omnes et singulos tam iuris quam facti defectus, si qui forsan interuenerint in eisdem, Ac singulas litteras easdem in omnibus et per omnia tibi suffragari debere decernimus, ac si tibi directe et nominatim concesse forent: Non obstantibus Constitutionibus et ordinationibus apostolicis, necnon omnibus illis, que in singulis litteris predictis concessum est non obstare, ceterisque contrariis quibuscunque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre approbationis, confirmationis, innouationis, supplctionis et decreti infringere, vel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attemptare presumpserit indignationem omnipotentis dei ac beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se nouerit incursurum.

Datum Rome apud Sanctum petrum Anno Incarnationis dominice Millesimo quingentesimo uigesimo tertio, Sexto Idus Januarum, Pontificatus nostri Anno Primo. — *A. Gratia Dei* [1].

Breve do Papa Clemente VII, dirigido a el-Rei.

1524 — Março 3.

Clemens papa vii Carissime in Christo fili noster salutem et apostolicam benedictionem.

Nouit ille, qui nichil ignorat, quo animi studio, et quam singulari

[1] Arch. Nac., Maç. 11 de Bullas, n.° 19.

Digitized by Google

fide opera et diligentia, dum in minoribus eramus, clarae memoriae Emanueli Genitori tuo, tunc in humanis agenti, apud felicis recordationis Leonem papam x, praedecessorem et secundum carnem fratrem patruelem nostrum, in omnibus desideriis suis inseruire conati semper fuerimus, id quod Maiestas tua nouisse potest nec oblita esse debet, nos non minori animi affectu ei apud piae memoriae Adrianum papam vi, etiam praedecessorem nostrum, quantum in nobis fuit, morem gerere desiderasse, in eo praesertim ut ecclesia visensis per dilectum filium nostrum Alfonsum sanctae Luciae in septem soliis Diaconum Cardinalem, fratrem germanum tuum, illius Administratorem, cui praefatus Adrianus praedecessor vlixbonensis et elborensis ecclesiarum administrationem concesserat, dimittenda, dilecto filio Henrico etiam fratri tuo in nono aetatis suae anno uel circa constituto in similem administrationem concederetur; quod cum idem Adrianus praedecessor concedere plurimum grauaretur, Nos, ut dilectus filius Michael de Sylua orator tuus, vir summae prudentiae et fidei, nobisque multis de causis acceptissimus, locupletissimus testis est, continuis persuasionibus et obnixis praecibus ab eo tandem, non sine summa difficultate, obtinuimus ut eidem Henrico dictae ecclesiae visensis fructus concederentur, titulus uero personae per eandem Maiestatem tuam nominandae daretur, in quo ipsi Maiestati tuae ac nobis pro ea procurantibus magnam et uberrimam gratiam se fecisse putauit, cum ob alia, tum maxime ob malam temporum conditionem, quibus nefandissimi homines huius sanctae sedis rectae gesta sacrilego ore damnare praesumunt, ac omnia ad Principum secularium nutum atque libidinem fieri calumniantur, Quibus et aliis rationibus nos ac praefatus Michael orator, qui nobiscum tale negocium pari fide ac diligentia procurabat, acquieuimus ac gratiam, quam idem Adrianus praedecessor se concessurum fore promiserat, pro tali accepimus. Postquam uero, praefato Adriano praedessore uita functo, ad summi apostolatus apicem diuina fauente clementia assumpti fuimus, idemque Michael orator gratiam, quam simul a dicto Adriano praedecessore obtinere conati fueramus, a nobis eo maiore instantia atque fiducia peteret, quo nos ad eam ab ipso Adriano praedecessore consequendam promptos atque solicitos cognouerat, ac iisdem rationibus, quibus apud eundem Adrianum praedecessorem nos nixi fueramus, ipse quoque apud nos niteretur, praesertim quod Romani Pontifices consueuissent omnes gratias in sui Pontificatus initio Regibus concedere, et quod ipse

Digitized by Google

Leo praedecessor maiorem gratiam eidem genitori tuo non denegasset ipsi Alfonso Cardinali tunc in minori aetate constituto egitaniensem ecclesiam in administrationem concedendo, nec debere nos gratiam, quam pro Maiestate tua ab eodem Adriano praedecessore tam instanter supplicaueramus, eam nunc sibi a nobis supplicanti denegare. Nos considerantes illas rationes, quae praefatum Adrianum praedecessorem a dicta gratia concedenda dissuaserant, minime cessasse, tempora uero, quae maxime tunc obstabant, multo nunc deteriora esse, inter alia ipsi Michaeli oratori respondimus multa per nos, dum pars eramus, sub aliquo honestatis praetextu peti potuisse, quae nunc, postquam Judex facti sumus, iuste concedi non possunt, et multo diligentiores nunc esse debere in concedendo, quam tunc eramus in petendo, promisimusque nos dictae ecclesiae visensi de persona idonea per Maiestatem tuam nominanda prouisuros fore, reseruatis fructibus ipsi Henrico, uel alteri, quem Maiestas tua nominandum duxerit. Consideret igitur serenitas tua nos, qui ex omnibus Cristianis Principibus eam summa cordis sinceritate diligimus atque amamus, ipsiusque honorem non minus quam proprium nostrum cordi habemus, non libenter ei quicquam denegare; Sed cum pastoralis officii nostri sit praesertim Cathedralibus ecclesiis de personis idoneis et in legitima uel saltem adulta aetate constitutis prouidere, cogimur officii nostri huiusmodi memores esse, nec tam quid Reges homines uelint, quam quid Rex Deus iubeat attendere. Quare Maiestatem tuam hortamur ut cum plures in Regno tuo praelatos habeas multis virtutibus atque animi dotibus insignes, ac de praefato genitore tuo ipsaque Maiestate tua benemeritos, in aliquem eorum oculos dirigas, quem nobis nominandum existimes; speramus enim Deum Maiestatis tuae cor illuminaturum fore ad personam aliquam nominandam, ob cuius promotionem per nos factam successu temporis adeo gaudebit atque laetabitur, ut maximas nobis gratias actura sit quod illi tale consilium dederimus, quod in dies magis utile ac sapiens fuisse sentiet. Quod si Maiestas tua dictam ecclesiam visensem eidem Antonio Cardinali *(sic)* potius restitui uellet, quam alium nominare, id quod praefatus Michael orator tuo nomine saepius a nobis petiit, et quotidie petere non cessat, quanuis tot ecclesias uni concedi non debeant, tuis tamen in nos et hanc sanctam sedem meritis adducti, promittimus accepta super hoc uoluntate tua ipsi Maiestati tuae nos satisfacturos fore.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub Annulo piscatoris, die III

Digitized by Google

Martii MDXXIIII, Pontificatus Nostri Anno Primo. — *Be. El. Cremonensis* [1].

Breve do Papa Clemente VII, dirigido a el-Rei.

1524 — Março 7.

Clemens papa VII° Filho nosso In christo muyto amado saude e apostolica bençam.

Os dias passados Leo papa X° da benauenturada memoria nosso primo e predecessor, Sendo lhe dicto por parte de teu padre Manuel da clara memoria Illustre Rey de portugal e dos algarues que asy elle, como Joanne da clara memoria Rey seu predecessor sendo viuo, tendo em africa algus mouros a seu seruiço e soldo, com seu deligente e fiel seruiço com ajuda do Senhor muytas victorias contra os Imigos ouueram e estenderam seu poder e Reyno, E por ter esses mouros mais seguros acustumaram enuiar aos capitães dos dictos mouros alguas merces e armas com que lhes parecia que elles folgariam; E ainda que o dicto Rey Manuel cria que asy a elle, como ao dicto Joanne seu predecessor, era licito Isto fazer sem scrupulo de consciencia, porem por mor clareza de consciencia elle deseiasse aver da See apostolica absoluçam e licença ao deante, o mesmo liam em esta parte Inclinado á suplicaçam do dicto Manuel Rey, per suas letras em forma de breue per apostolica auctoridade asolueo os dictos Joanne e Manuel Reys de quaesquer Sentenças censuras e penas d escomunham, e d outras quaesquer ecclesiasticas penas, se por razam do que dicto he em alguas ouuessem encorrido, segundo as bullas apostolicas que se custumam pubricar na cea do Senhor, E deu ao dicto Manuel Rey e a seus socessores comprida licença e faculdade liure de sem receo de alguma censura e sem scrupulo de consciencia enuiar aos dictos mouros e a quaesquer outros Infieis, que entam ou por os tempos andassem em guerra contra outros Infieis, pelleiando a seu soldo ou custa, quaesquer armas que quisesem, e quaesquer merces que fos-

[1] ARCH. NAC., Maç. 19 de Bullas, n.° 9.

Digitized by Google

sem somente pera vso de suas pesoas, em o que de sua magestade confiaua, segundo em o breue do dicto Leo nosso predecessor sobre o dicto caso feyto mais largamente se contynha. Porem, posto que tua magestade crea por razam desta licença e faculdade concedida ser a elle a mesma licença e faculdade concedida, por ser socessor em o Reyno do dicto Manuel Rey, com todo por mor seguridade deseia as dictas letras de concessam e licença e faculdade sobredicta serem aprouadas e confirmadas per nós e per esta Sancta See apostolica. Pollo qual nós, o qual, quanto com Deus podemos, de boa vontade as supricações de todos os Reys, mormente dos deuotos desta Sancta See, concedemos, Inclinados a tuas sopricações, per apostolica auctoridade per o teor das presentes aprouamos e confirmamos as dictas letras e licença e faculdade, E por mais segura cautela per a dicta auctoridade e teor damos a tua magestade licença e faculdade enteyra e liure de enuiar quaesquer merces e armas aos dictos mouros, e a outros Infieis, que, como he dicto, andarem na guerra a teu soldo ou custa, ou Em outra maneira quando a ty parecer que conuem, e esto sem medo de alguma censura ou scrupolo de consciencia sobre o qual nós a tua encarregamos: Nam obstante quaesquer Constituições, ordenações apostolicas, e todas aquellas que o dicto nosso predecessor derogou, e outros quaesquer contrairos etc. a VII de março de 1524 [1].

Breve do Papa Clemente VII, dirigido a el-Rei.

1524—Abril 9.

Clemens papa VII Carissime in christo fili noster salutem et Apostolicam benedictionem.

Nisi honoris et nominis tui eam curam gereremus, quam noster paternus in tuam Serenitatem amor postulat, que ad nos delata sunt et quo-

[1] ARCH. NAC., Maç. 15 de Bullas, n.° 5. *Tem no verso a cota seguinte*: Trelado do breue do papa clemente pera elRey noso senhor da licença pera poder mandar dar armas aos mouros. *Não encontrámos o breve original.*

Digitized by Google

tidie deferuntur non ita mouissent animum nostrum, sicut mouerunt, ut hac de re primum cum Serenitate tua agendum putaremus. Cum enim ab initio illorum temporum, quibus clarae memoriae Emanuel genitor tuus a regionibus orientis omnium fere genera aromatum ad nostras partes afferre coepit, in omnium animis spes et laetitia exorta fuisset quod illorum et uberiorem copiam et faciliorem comparationem omnes fore arbitrabantur, res in contrarium ita conuersa est ut ad nos et ad sedem apostolicam quotidie ueniant querelae, nec iam singulatim, sed populariter implorantium auctoritatem nostram et obsecrantium ut huic tanto totius Italiae, ac fere reliquae Christianitatis incommodo sucurrere uelimus, quorum nos preces iustas presertim non possumus negligere. Itaque ad Serenitatem tuam scribendum duximus illam, in domino plurimum hortantes ut re diligenter considerata remedium aliquod adhibere uelit, quo tantum populorum ac gentium hoc intolerabili onere leuetur, preter enim aequum et debitum, cui tu satisfacere imprimis debes, Deoque esse gratus, qui te ad regiam euexit dignitatem ut esses populis omnibus proficuus et salutaris. Nos praeterea ad ueram utilitatem tuam et ad ueram laudem pertinere arbitramur diminuere aliquantum de huiusmodi lucro, et multum iusti honoris acquirere. Ac de re multi locuti sumus com dilecto filio Michaele Silua oratore apud nos tuo, qui uir prudens et admodum probus audire potuit huiusmodi querelas et presens intelligere quantum ob eam causam de serenitatis tuae fama et gloria, si in eo persisteres, detraheretur, cui etiam conmisimus ut ad te scriberet. Nos, si tu, quemadmodum quidem decet et fas est auctoritatem et gratiam nostram in re hac ualere, apud animum tuum permiseris, adhibuerisque operam et diligentiam ut horum incommodorum leuatio fiat, efficies rem tibi, ut uere iudicamus, et utilem et honestam, gratum ipsi quidem et maxime acceptum a tua Serenitate habituri sumus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub annulo piscatoris, die IX Aprilis MDXXIIII, Pontificatus nostri anno Primo. — *Ia. Sadoletus* [1].

[1] ARCH. NAC., Maç. 20 de Bullas, n.° 8.

Digitized by Google

Carta patente do Cardeal Santiquatro.

1524—Abril 10.

Nos Laurentius, Miseratione diuina tituli sanctorum Quattuor Coronatorum Sanctae Romanae Ecclesiae presbiter Cardinalis, ac Maior Poenitentiarius, Uniuersis et singulis presentes litteras nostras patentes inspecturis fidem facimus et attestamur quatinus sanctissimus in christo Pater et Dominus noster Dominus Clemens, diuina prouidentia Papa septimus, accepto quod alias a Sede apostolica clarae memoriae Emanueli Portugalliae et Algarbiorum Regi, vt absque aliquo conscientiae scrupulo aliquibus de Regia corona sua benemeritis aut alias sibi gratis in recompensam seruitiorum et obsequiorum eidem Regi prestitorum, aut cassationem seu extinctionem pensionum, uulgo tenzas nuncupatas, aut aliorum annuorum reddituum, quos quandoque super Regiis redditibus et nonnunquam super preceptoriis seu commendis aut mensa magistrali Militiae Jesu christi, cuius administrator perpetuus per sedem eandem deputatus erat, dare et assignare consueuerat, Preceptorias seu commendas ipsas dictae militiae libere et licite dare et conferre posset, viuae uocis oraculo bonae memoriae Georgio Cardinali Portugallensi desuper facto, concessum et indultum extitit, Ipseque emanuel Rex dicta facultate vsque ad obitum suum libere semper vsus fuit, Serenissimo Domino Domino Joanni moderno Regi eandem licentiam confirmauit seu de nouo concessit. Necnon, vt similes recompensas Preceptoriarum aut reddituum dictae uel cuiuscunque alterius militiae, pro dotibus dictarum personarum elargiri, condonare et libere compensare possit et ualeat, ampliauit et concessit; ac tam prefatum Emanuelem, quam ipsum Joannem Reges de Preceptoriis seu commendis huiusmodi, absque licentia sedis apostolicae, per eos antea forsan concessis facto nobis desuper viuae vocis oraculo absoluit, In contrarium facientibus non obstantibus quibuscunque. In quorum fidem dictas patentes litteras fieri, ac magni sigilli nostri appensione per infrascriptum Secretarium nostrum communiri fecimus manuque nostra propria subscripsimus.

Digitized by Google

Datum Romae in Palatio Apostolico, in camera nostrae solitae residentiae, anno ab incarnatione Domini millesimo quingentesimo vigesimo quarto, die vero decima mensis Aprilis, Pontificatus prefati Sanctissimi Domini Nostri anno primo. — *Ita est Laurentius tituli Sanctorum quatuor Coronatorum presbiter cardinalis manu propria subscripsi. — P. Bombasius scripsit.* [1].

Breve do Papa Clemente VII, dirigido a el-Rei.

1524—Maio 14.

Clemens papa VII Carissime in christo fili noster salutem et Apostolicam benedictionem.

Habentes fidem eam in Serenitate tua, quam tua et maiorum tuorum uirtus postulat, nec dubitantes quin in omni re communem dei causam et statum Christianae Religionis concernente Tu nobis sis et amore et auxilio et diligentia affuturus, communicauimus nonnulla cum dilecto filio Michaele Silua oratore apud nos Tuo, quae is ad te nostro nomine perscribere deberet, cuius litteris ut fidem habeas tuam Serenitatem magnopere in domino hortamur. Ac si intelliges in tanto fidei christi detrimento, ac christianarum plebium animarum exitio, nobis esse pro pastorali officio omnibus sollicitudinibus et studiis elaborandum, ut aliquid afferre remedii tantae labi possimus, erit proprium eius eximiae uirtutis, ac singularis erga deum religionis, quam Serenitas tua in omni re ostendere solita est, suscipere partem nobiscum tam pii operis, et tam sancti ac necessarii laboris, quam Tibi non solum regni, sed etiam christianissime uoluntatis hereditatem maiores tui, et precipue clarae memoriae Emanuel Pater tuus, reliquerunt.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub annulo piscatoris, die XIIII Maii MDXXIIII, Pontificatus nostri anno Primo. — *Ia. Sadoletus* [2].

[1] ARCH. NAC., Maç. 33 de Bullas, n.° 10.
[2] *Ibi*, Maç. 19 de Bullas, n.° 19.

Digitized by Google

Breve do Papa Clemente VII, dirigido a el-Rei.

1524 — Julho 1.

Clemens Papa VII Carissime in christo fili noster salutem et Apostolicam benedictionem.

Accidit nobis perincommode in ipso prope initio consiliorum nostrorum, quae pro summi dei honore, et Catholica fide, quae uel corruptis moribus uel prauis opinionibus multum labefactata est, in antiquum decus restituenda quotidie tractamus, ut Serenitas tua per dilectum filium Michaelem Syluam oratorem suum *(sic)* nobis supplicaret tam uehementer ut nuper in tuo regno uacantis Visensis Ecclesiae administrationem dilecto item filio Henrico infanti et fratri tuo germano concederemus, cui iampridem quoque esset altera similis ecclesia commendata. Nos enim inter primas deliberationes nostras, quibus, si dominus opem tulerit, uerae religionis saluti consulere cogitamus, hoc constituimus nemini, qui extra collegium Venerabilium fratrum nostrorum Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalium existeret, duas ecclesias ulla omnino ratione esse committendas, Non quod hoc quoque de Cardinalibus exceptum ualde probemus, sed quia nec possumus omnia repetente, et illi tamen iure quodam inueteratae consuetudinis in hac possessione sunt; Alicui uero alteri hoc idem si concedamus, patefaciendum nobis iter sit ad innumerabilem turbam in similem cupiditatem uocandam. Decreuimus igitur, deo inspirante, nemini omnino duas ecclesias committere, etsi enim factitatum hoc fuisse scimus et proximis et superioribus temporibus, quanto id tamen populi christiani detrimento, quanta cum labe religionis factum fuerit etiam intelligimus. Antiquis porro illis temporibus, quibus sanctissimi Pontifices praedecessores nostri omnia ad deum et ad populorum salutem, non ad gratiam atque ambitum hominum referebant, seleris loco habitum est duas uni ecclesias regendas mandare, semel fortassis, aut iterum legitur factum fuisse secus Sed ita ut si recte interpretari uelimus, quae ratio efficit ut una uni dumtaxat ecclesia tradenda sit eadem tunc effecerit vt duae in una persona essent collocandae, uel enim exhaustis clade

Digitized by Google

aliqua populis propter raritatem eorum, qui superfuerunt, duae in unum plebes commixtae prope necessario sunt, uel in finitimis et uicinis duabus ecclesiis ita expetente et flagitante populo insignis et prudens et religiosus Episcopus duplici curae praefectus est. Sed nos admoniti nimis magno damno totius christianae reipublicae quam non alia magis de causa quam bonorum Episcoporum inopia laborantem, et ob id in maximas culpas et uitia prolapsam grauis dei ira, ut manifesto cernimus, insequitur, statuimus, quantum nobis dominus opem dederit, non solum alia multa, quae confusa sunt in debitum ordinem redigere, Sed huic quoque Episcopalis gradus incommodo subuenire; nec tantum ut eos praeficiamus huic honori, qui saluis sanctorum Patrum regulis praefici rite poterunt, sed ut eos etiam, qui nunc sunt, et a uia et tramite aberrant honestatis, ad memoriam ac cultum et dei et sui honoris omni cum cura reuocemus. Itaque memores etiam sumus quid ad Serenitatem tuam proximis scripsimus diebus, idemque nunc repetimus, tuam Serenitatem in domino plurimum obtestantes, ut et quae tunc per nos in eis litteris decreta sunt ea executioni tradantur, et huius nostri salutaris consilii decretum tua quoque uoluntate ob reuerentiam dei et instaurationem immaculatae religionis possit manere saluum; Nam si omisso dei omnipotentis respectu hominis alicuius habenda ratio esse, fatemur Serenitatem Tuam omni premio honoris et liberalitatis nostrae dignissimam esse. Quid enim abest Tibi, quod si adesset plus erga Te beniuolentiae gerere deberemus? Virtus tua, et maiorum tuorum, patrisque tui precipue clara, et praestans recordatio, actiones uestri generis semper ad christianitatis commodum paratae, amor in Nos, et in hanc sanctam sedem singularis obseruantia, omnia denique eiusmodi, ut nihil tantum sit quod non Tibi ac tuis esse debitum uideatur. Sed illud quoque a te deo ipsi, a quo tot dona adeptus es, debetur ut per tuam aequanimitatem atque uirtutem, quae ad illius honorem pertinent, et fidelium ipsius salutem continent, nostra cura et sollicitudine recte administrentur. Quamobrem da hoc nobis, et dei nomine et nostro postulantibus, ut nostram hanc recusationem petitionis tuae in optimam partem accipias, atque hoc principium saluberrimae deliberationis tanti regis, nobisque ac sedi apostolicae coniunctissimi repulsa patiaris sanciri. Non enim propter hoc clausa Tibi erit liberalitas nostra, multa euenient, in quibus reponemus quod nunc non est datum, et tanto maiore studio compensabimus, quanto maiore nunc dolore negamus Tibi,

Digitized by Google

quod omnipotenti deo dare potius decreuimus. Tu uero si te respectus dei, id quod semper fecit, nunc etiam commouet, quando de hac Ecclesia ad tuam postulationem prouidere nunc instituimus, elige hominem a cupiditate alienum, qui deum timeat, et uitae ac continentiae salutare cunctis praebeat exemplum, in quem nos libentissime hunc honorem conferemus. Talibus enim profecto intermediis et Pontificibus apud deum qui pro populorum peccatis satisfaciunt, et exorabiles fundant preces, et tua Serenitas et orbis christianus indiget uniuersus, cuius assidue calamitates, clades, ruinae et nos et Te et unumquenque admonent, ut eum aliquando propitiare studeamus, qui unus spes nostra est recuperandae salutis, qui altissimum posuit refugium suum, ad quod non accedit malum. In qua et uoluntate et sententia Serenitatem tuam non dubitamus pro maximis in eam a deo collatis beneficiis esse nobiscum conuenturam.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub annulo piscatoris, die prima Julii MDXXIIII, Pontificatus nostri anno Primo. — *Ia. Sadoletus* [1].

Carta de el-Rei ao Papa Clemente VII.

1524—Julho ...

Muyto Samto in christo padre e muyto beem aventurado Senñor o vosso deuoto e obediemte filho dom Joam, per graça de deus Rey de portugal e dos algarues d aaqueem e d aleem mar em africa, Senñor de guinee, e da comquista e navegaçam e comercio de etiopia, arabia, persya e da Imdia, com toda omildade emvio beijar seus Samtos pees.

Muyto Samto In christo padre e muyto beem aveenturado Senñor, eu spreuo a dom miguel da Sylua, do meu comselho e meu embaixador, que fale a vossa Santidade alguumas cousas tocamtes a meu casamento com a Illustrissima e muy eixcelente princesa Ifante dona Caterina, Irmaã do emperador meu muyto amado e preçado primo, que com a graça de nosso Senhor estaa comcertado e acabado, e sobre a dispensaçam que soprico e peço muyto por mercee a vossa Santidade que conceda pera

[1] Arch. Nac., Maç. 26 de Bullas, n.° 20.

Digitized by Google

nos casarmos por palauras de preseemte como manda a madre samta Igreja, segundo que compridamente o dito meu embaixador lho falará. Soprico e peço muyto por mercee a vosa Samtidade que em tudo o queyra ouuyr e lhe dee Inteira fee e crença, e em muy Symgular mercee ho Receberey.

Muyto Samto In christo padre e muyto beem aventurado Senñor, Noso Senñor comserue vosa Santidade por muytos teempos a seu Samto seruiço.

Sprita em evora a .... dias de Julho de 1524 [1].

Breve do Papa Clemente VII, dirigido a el-Rei.

1524—Julho 29.

Clemens papa VII Carissime in Christo fili noster salutem et Apostolicam benedictionem.

Tuae Serenitatis litteras, Calendis Maii datas, libentissime legimus plenas officii, amoris, obseruantiae, quae nobis plane ante oculos posuerunt id, quod minime fuerat dubium, singularem te ex nostrae amplificatione dignitatis caepisse uoluptatem, quod etsi merito iureque facis, propterea quidem, quae nostrae perpetuae et mutuae beniuolentiae coniunctio omnia inter nos iubet esse communia, et utrumque nostrum uult alterum alterius commodis tanquam suis laetari, Tamen clarissimi regis omne officium ipsius testatum litteris uberem et iucundam nobis attulit sui optimi animi erga nos significationem, officia quidem tuorum, ac dilecti filii Michaelis syluae oratoris tui in ipso incremento dignitatis nostrae, ut antea etiam scripsimus, eiusmodi extiterunt, ut facile appareret nihil illum existimare facere posse Tibi gratius, quam si omnibus studiis declararet laetissimam Tibi fore et optatissimam hanc assumptionem ad Pontificatum nostram. Quod quando diuino incredibili beneficio Tuae Serenitati ex sententia, Nobis supra merita et supra uires nostras, accidit, primum quidem perfugium spei nostrae benegerendi tanti honoris in ipso deo om-

[1] *Minuta no* Arch. Nac., Gav. 13, Maç. 8, n.º 26.

Digitized by Google

nipotente collocauimus, Deinde uero in eis regibus ac principibus, qui multorum ac magnorum munerum, quae deo referunt accepta, eidem deo grati esse cupiunt. In qua pia et praestanti uoluntate Serenitatem tuam certi sumus non postremas apperituram partes, Nam et uirtutis tuae sumus conscii, et clarae memoriae patris, maiorumque tuorum hereditariam in Te pietatem agnoscimus. Qua propter, sicuti nos ambos dominus deus uno tempore suorum fidelium populorum regendorum administratores esse uoluit, ita ad nos pertinet pro coniunctione animorum et beniuolentiae nostrae in hac praeclara societate tanti muneris ad illius nomen et gloriam, qui omnium bonorum auctor omnibus est, tuendam atque amplificandam esse concordes. Quod de nobis polliceri, de Te expectare certo possumus.

Datum Romae apud sanctum Petrum, sub annulo Piscatoris, die XXIX Julii MDXXIIII, Pontificatus nostri anno Primo. — *Ia. Sadoletus* [1].

Bulla do Papa Clemente VII, dirigida a el-Rei.

1524—Agosto 25.

Clemens episcopus seruus seruorum dei Charissimo in christo filio Johanni Portugallie et Algarbiorum Regi Illustri, ac dilecte in christo filie nobili Mulieri Catherine, clare memorie Philippi Castelle et Legionis Regnorum Regis Catholici nate, Salutem et apostolicam benedictionem.

Exponi nobis nuper fecisti per dilectum filium nobilem virum Michaelem de Sylua, tuum, fili charissime Johannes Rex, apud nos et sedem apostolicam Oratorem, quod vos pro conseruandis inter vos vestrosque consanguineos et affines pacis et amicitie federibus, sicut et inter uestros etiam predecessores simili modo seruata fuerunt, desideratis inuicem matrimonialiter cupulari; sed quia secundo ex eo proueniente quod duarum Sororum filii estis, ac alias Secundo et Tertio ac duplici quarto, et forsan aliis de quibus notitiam non habetis, infra tamen secundum consanguinitatis gradum, gradibus inuicem estis coniuncti, vestrum in hac

[1] ARCH. NAC., Maç. 19 de Bullas, n.º 13.

Digitized by Google

parte desiderium adimplere non potestis dispensatione apostolica super hoc non obtenta; Quare idem Michael Orator pro parte vestra nobis humiliter supplicauit ut Vobis super hoc de oportune dispensationis gratia prouidere de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur, si qua alia impedimenta ratione consanguinitatis uel affinitatis huiusmodi, quorum non recordamini et forsan notitiam non habetis, dummodo citra Secundum gradum Consanguinitatis et affinitatis huiusmodi fuerint, presentibus pro expressis habentes ex premissis ac certis aliis causis nobis expositis, huiusmodi supplicationibus inclinati, Vobiscum, dummodo Tu in christo filia Catherina propter hoc rapta non fueris, ut predictis et aliis forsan pro expressis habitis impedimentis Consanguinitatis et affinitatis huiusmodi non obstantibus, matrimonium inter vos contrahere, et in eo postquam contractum fuerit remanere, libere et licite ualeatis, apostolicis ac in prouintialibus et synodalibus Conciliis editis, generalibus uel specialibus, Constitutionibus et ordinationibus, ceterisque contrariis nequaquam obstantibus, auctoritate apostolica tenore presentium dispensamus, ac prolem ex huiusmodi matrimonio suscipiendam legitimam nunciamus.

Datum Rome apud Sanctum petrum Anno Incarnationis dominice Millesimo quingentesimo uigesimo quarto, Octauo Kalendas Septembris, Pontificatus nostri Anno primo [1].

Breve do Papa Clemente VII, dirigido a el-Rei.

1524—Agosto 27.

Clemens papa vii Carissimi in christo fili noster salutem et apostolicam benedictionem.

Cepimus magnam animi laetitiam ex eo nuncio, quem de noua tuae serenitatis cum Serenissimo Caesare affinitatis coniunctione et litterae tuae et dilecti filii Michaelis Syluae oratoris tui sermo nobis attulerunt, propter eximium quidem ac paternum nostrum in utrunque uestrum amorem atque animum, Nam cum Caesaris ipsius causa omnia cupimus, tum tua

[1] Arch. Nac., Maç. 37 de Bullas n.° 11 *e* Gav. 9, Maç. 4 n.° 5.

Digitized by Google

et patris, maiorumque tuorum in hanc sanctam sedem officia, nobis sunt cordi. Gaudemus igitur et gratulamur in domino vtrique uestrum, veteremque uestram consanguinitatem hac quoque necessitudine instaurari et corroborari maxime laetamur, Cumque ambos summe deligamus, mutuam quoque inter uos beneuolentiam, his quoque uinculis illigatam, et perpetuam esse et felices exitus habere desideramus, Quod etiam confidimus diuina bonitate freti certo futurum esse. Nos, quae nostrae partes fuerunt, fecimus libentissime vt quod ad dispensationem pertinebat propinquitatem graduum impedimento esse non debere decerneremus. Neque hac dispensatione, quae ad pacem et ad concordiam christianaeque reipublicae commodum spectat, sanctius et salutarius existimamus esse, quicquam Benignitatem uero nostram, quam tibi semper uolumus esse paratam, ita temperauimus, vt tuam quoque serenitatem uelimus in bonam partem accipere aliquid maximis necessitatibus sedis apostolicae a nobis fuisse datum. Deum omnipotentem supplices deprecamur vt uestrae nunc mentes coniunctae inter se ad dei honorem ac nomen propagandum, tranquillitatemque et pacem christianitatis conficiendam, tendant atque consentiant. Idque cum uestra laude et peremni vtilitate ita fiat vt christiana respublica bonam partem salutis suae vtrisque nobis referat acceptam. Quae omnia ab eodem oratore tuo nostris uerbis latius intelliges, cui fidem habebis.

Datum Romae apud sanctum Petrum, sub annulo piscatoris, Die XXVII Augusti MDXXIIII, Pontificatus Nostri Anno Primo. — *Ia. Sadoletus* [1].

[1] ARCH. NAC., Maç. 20 de Bullas, n.° 22. *O documento n.° 6 d'este maço é outro breve do mesmo theor, havendo tambem uma versão d'elle em portuguez no* Corp. Chron., Part. I, Maç. 31, Doc. 51.

Digitized by Google

Bulla do Papa Clemente VII, dirigida a el-Rei.

1524 — Setembro 9.

Clemens episcopus seruus seruorum dei Carissimo in christo filio Johani Portugalie et Algarbiorum Regi Illustri Salutem et apostolicam benedictionem.

Gratie diuine premium et humane laudis preconium acquiritur si seculares Principes ecclesiarum Prelatus, presertim Pontificali dignitate preditos, diuine propitiationis intuitu oportuni fauoris gratia prosequantur. Hodie siquidem ecclesie Visensis, tunc certo modo, quem etiam si ex illo queuis generalis reseruatio etiam in corpore iuris clausa resultaret haberi voluimus pro expresso, Pastoris solacio destitute, de persona dilecti filii Johannis Electi Visensis, nobis et fratribus nostris ob suorum exigentiam meritorum accepta, de fratrum eorundem consilio, apostolica auctoritate prouidimus, ipsumque illi prefecimus in Episcopum et Pastorem, curam et administrationem ipsius ecclesie sibi in spiritualibus et temporalibus plenarie committendo, prout in nostris inde confectis litteris plenius continetur. Cum igitur, fili carissime, sit virtutis opus dei ministros benigno fauore prosequi, eosque verbis et operibus pro Regis eterni gloria venerari, Serenitatem tuam rogamus et hortamur attente quatinus eundem Johannem Electum, et prefatam ecclesiam sue cure commissam, habens pro nostra et apostolice sedis reuerentia propensius commendatos, ipsos benigni fauoris auxilio prosequaris, Ita quod idem Johannes Electus celsitudinis tue fultus presidio in commisso sibi cure Pastoralis officio possit deo propicio prosperari, ac tibi exinde a deo perenius vite premium et a nobis condigna proueniat gratiarum actio.

Datum Rome apud Sanctum petrum Anno Incarnationis dominice Millesimo quingentesimo vigesimo quarto, Quinto Idus Septembris, Pontificatus nostri Anno Primo. — *A. de Castillo* [1].

[1] Arch. Nac., Maç. 18 de Bullas, n.° 45.

Digitized by Google

Bulla do Papa Clemente VII, dirigida ao Bispo eleito de Vizeu.

1524—Setembro 9.

Clemens episcopus seruus seruorum dei dilecto filio Johanni Electo Visensi Salutem et apostolicam benedictionem.

Apostolatus officium, quamquam insufficientibus meritis nobis ex alto commissum, quo ecclesiarum omnium regimini presidemus, vtiliter exequi coadiuuante domino cupientes, solliciti corde reddimur et solertes vt, cum de ipsorum regiminibus agitur committendis, tales eis in Pastores preficere studeamus, qui populum sue cure creditum sciant non solum doctrina verbi sed etiam exemplo boni operis informare, commissasque sibi ecclesias in statu pacifico et tranquillo velint et valeant, duce domino, salubriter regere et feliciter gubernare. Sane ecclesia Visensis ad presens certo modo Pastoris regimine destituta, Nos verum vltime dicte ecclesie vacationis modum, etiam si ex illo queuis generalis reseruatio, etiam in corpore iuris clausa, resultet, presentibus pro expresso habentes, ac ad prouisionem ipsius ecclesie celerem et felicem, ne ipsa ecclesia longe vacationis exponatur incommodis, paternis et sollicitis studiis intendentes, Post deliberationem quam de preficiendo eidem ecclesie personam vtilem et etiam fructuosam cum fratribus nostris habuimus diligentem, Demum ad te ordinis fratrum minorum et Theologie Professorem, ac in sacerdotio et etate legitima constitutum, cui apud nos de Religionis zelo, vite mundicia, honestate, morum spiritualium prouidentia, et temporalium circunspectione, aliisque multiplicum virtutum donis fidedigna testimonia perhibentur, direximus oculos nostre mentis, quibus omnibus debita meditatione pensatis, de persona tua nobis et eisdem fratribus ob tuorum exigentiam meritorum accepta eidem ecclesie de ipsorum fratrum consilio auctoritate apostolica prouidemus, teque illi preficimus in Episcopum et Pastorem, curam et administrationem ipsius ecclesie tibi in spiritualibus et temporalibus plenarie committendo, In illo qui dat gratias et largitur premia confidentes quod dirigente domino actus tuos prefata eccle-

Digitized by Google

sia sub tuo felici regimine, gratia tibi assistente diuina, regetur vtiliter et prospere dirigetur, ac grata in eisdem spiritualibus et temporalibus suscipiet incrementa. Jugum igitur domini tuis impositum humeris prompta deuotione suscipiens, curam et administrationem predictas sic exercere studeas sollicite fideliter et prudenter, quod ipsa ecclesia gubernatori prouido et fructuoso administratori gaudeat se commissam, tuque preter eterne retributionis premium nostram et apostollice sedis benedictionem et gratiam ex inde vberius consequi merearis.

Datum Rome apud sanctum petrum Anno Incarnationis dominice Millesimo quingentesimo uigesimo quarto, Quinto Idus Septembris, Pontificatus nostri Anno Primo — *A. de Castillo* [1].

Bulla do Papa Clemente VII, dirigida ao Bispo eleito de Vizeu.

1524—Setembro 9.

Clemens episcopus seruus seruorum dei Dilecto filio Johanni de Chaues, ordinis fratrum minorum et Theologie professori, Salutem et apostolicam benedictionem.

Romani Pontificis copiosa benignitas de statu personarum ecclesiasticarum quarumlibet, presertim litterarum scientia preditarum, et at Pontificalem dignitatem assumendarum quas oportet omni carere macula, ne tanti culminis censeantur inhabiles, sollicite considerans, ad ea libenter intendit per que persone assumende predicte ecclesiis sibi commissis sincero corde et pura conscientia valeant salubriter presidere. Cum itaque nos hodie ecclesie Visensi, certo modo Pastoris solatio destitute, de persona tua nobis et fratribus nostris ob tuorum exigentiam meritorum accepta, de dictorum fratrum consilio prouidere, teque illi in Episcopum et Pastorem preficere intendamus, Nos, ne prouisio et prefectio predicte, si forsan aliquibus sententiis et censuris ecclesiasticis ligatus sis, valeant propterea inualide reputari, prouidere volentes, te a quibusuis excommu-

[1] Arch. Nac., Maç. 18 de Bullas, n.º 30.

Digitized by Google

nicationis suspensionis et interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis censuris et penis a iure uel ab homine quauis occasione vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existis, ad hoc dumtaxat vt prouisio et prefectio predicte ac singule littere apostolice desuper conficiende suum consequantur effectum, auctoritate apostolica tenore presentium absoluimus et absolutum fore nuntiamus: Non obstantibus Constitutionibus et ordinationibus apostolicis, ac dicte ecclesie necnon ordinis fratrum minorum iuramento, confirmatione apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis, statutis et consuetudinibus, quodque dicti ordinis professor existis, ceterisque contrariis quibuscunque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre absolutionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attemptare presumpserit indignationem omnipotentis dei, ac beatorum Petri et Pauli Apostolorum eius, se nouerit incursurum.

Datum Rome apud Sanctum petrum Anno Incarnationis dominice Millesimo quingentesimo uigesimo quarto, Quinto Idus Septembris, Pontificatus nostri Anno Primo [1].

Bulla do Papa Clemente VII, dirigida ao Arcebispo de Braga.

1524—Setembro 9.

Clemens episcopus seruus seruorum dei Venerabili fratri Archiepiscopo Bracharensi Salutem et apostolicam benedictionem.

Ad cumulum tue cedit salutis et fame si personas ecclesiasticas, presertim Pontificali dignitate preditas, diuine propitiationis intuitu oportuni presidii ac fauoris gratia prosequaris. Hodie siquidem ecclesie Visensis, tunc certo modo, quem etiam si ex illo queuis generalis reseruatio etiam in corpore iuris clausa resultaret, haberi voluimus pro expresso, pastoris solacio destitute, de persona dilecti filii Johannis Electi Visensis, nobis et fratribus nostris ob suorum exigentiam meritorum accepta, de fra-

[1] Arch. Nac., Maç. 18 de Bullas, n.º 46.

Digitized by Google

trum eorundem consilio, apostolica auctoritate prouidimus, ipsumque illi prefecimus in Episcopum et Pastorem, curam et administrationem ipsius ecclesie sibi in spiritualibus et temporalibus plenarie committendo, prout in nostris inde confectis litteris plenius continetur. Cum igitur, vt idem Johannes Electus in commissa sibi dicte ecclesie cura facilius proficere valeat, tuus fauor sibi noscatur plurimum oportunus, fraternitatem tuam rogamus monemus et hortamur attente per apostolica scripta sibi mandantes quatinus eundem Johannem Electum et dictam ecclesiam sibi commissam, suffraganeam tuam, habens pro nostra et apostolice sedis reuerentia propensius commendatos, in ampliandis et conseruandis eiusdem ecclesie iuribus Sic eos tui fauoris presidio prosequaris, quod ipse Johannes Electus tuo fultus auxilio in commisso sibi eiusdem ecclesie regimine se possit vtilius exercere, tuque diuinam misericordiam ac nostram et eiusdem sedis benedictionem et gratiam valeas ex inde vberius promereri.

Datum Rome apud Sanctum petrum Anno Incarnationis dominice Millesimo quingentesimo uigesimo quarto, Quinto Idus Septembris, Pontificatus nostri Anno Primo. — *A. de Castillo*[1].

Bulla do Papa Clemente VII, dirigida ao clero de Vizeu.

1524 — Setembro 9.

Clemens episcopus seruus seruorum dei Dilectis filiis Clero ciuitatis et diocesis Visensis Salutem et apostolicam benedictionem.

Hodie ecclesie Visensis, tunc certo modo, quem etiam si ex illo queuis generalis reseruatio etiam in corpore iuris clausa resultaret, haberi volumus pro expresso, Pastoris solatio destitute, de persona dilecti filii Johannis Electi Visensis, nobis et fratribus nostris ob suorum exigentiam meritorum accepta, de fratrum eorundem consilio apostolica auctoritate prouidimus, ipsumque illi prefecimus in Episcopum et Pastorem, curam

[1] Arch. Nac. Maç. 18 de Bullas, n.° 24.

Digitized by Google

et administrationem ipsius ecclesie sibi in spiritualibus et temporalibus plenarie committendo, prout in nostris inde confectis litteris plenius continetur. Quocirca discretioni vestre per apostolica scripta mandamus quatinus eidem Johanni Electo, tanquam patri et pastori animarum vestrarum humiliter intendentes, ac exhibentes sibi obedientiam et reuerentiam debitas et deuotas, eius salubria monita et mandata suscipiatis humiliter, et efficaciter adimplere curetis. Alioquin sententiam, quam idem Johannes Electus rite tulerit in rebelles, ratam habebimus, et faciemus auctore domino vsque ad satisfactionem condignam inuiolabiliter obseruari.

Datum Rome apud Sanctum petrum Anno Incarnationis dominice Millesimo quingentesimo uigesimo quarto, Quinto Idus Septembris, Pontificatus nostri Anno Primo. — *A. de Castilho* [1].

Bulla do Papa Clemente VII, dirigida ao Bispo de Vizeu.

1524 — Setembro 12.

Clemens episcopus seruus seruorum dei Dilecto filio Johanni Electo Visensi Salutem et apostolicam benedictionem.

Cum nos pridem ecclesie Visensis, tunc certo modo, quem etiam si ex illo queuis generalis reseruatio resultaret, haberi voluimus pro expresso, Pastoris solatio destitute, de persona tua nobis et fratribus nostris ob tuorum exigentiam meritorum accepta, de fratrum eorundem consilio auctoritate apostolica duxerimus prouidendum, preficiendo te illi in Episcopum et Pastorem, prout in nostris inde confectis litteris plenius continetur, Nos ad ea, que ad tue commoditatis augmentum cedere valeant, fauorabiliter intendentes, tuis in hac parte supplicationibus inclinati, tibi vt a quocunque malueris catholico Antistite gratiam et communionem apostolice sedis habente, accitis et in hoc sibi assistentibus duobus vel Tribus Catholicis Episcopis similem gratiam et communionem ha-

[1] Arch. Nac., Maç. 18 de Bullas, n.° 15. *Identicas* mutatis mutandis *aos vassallos d'esta igreja* (Maç. 18 n.° 10), *e ao povo da mesma diocese* (Maç. 19 n.° 35).

Digitized by Google

bentibus, munus consecrationis recipere valeas, ac eidem Antistiti vt, recepto prius per eum nostro et Romane ecclesie nomine a te fidelitatis debite solito iuramento iuxta formam presentibus annotatam, munus predictum auctoritate nostra impendere libere tibi possit, plenam et liberam concedimus earundem presentium tenore facultatem. Volumus autem et dicta auctoritate statuimus et decernimus quod si, non recepto a te per ipsum Episcopum dicto iuramento, idem Episcopus munus ipsum tibi impendere et tu illud suscipere presumpseritis, dictus Antistes a Pontificalis officii exercitio, et tam ipse quam tu ab administratione tam spiritualium quam temporalium ecclesiarum vestrarum suspensi sitis eo ipso. Preterea volumus quod formam huiusmodi a te nunc prestiti iuramenti nobis de verbo ad verbum per tuas patentes litteras, tuo sigillo signatas, per proprium Nuntium quam totius destinare procures. Quodque per hoc venerabili fratri nostro Archiepiscopo Bracharensi, cui prefata ecclesia Metropolitico iure subesse dinoscitur, nullum imposterum preiudicium generetur: forma autem iuramenti quod prestabis hec est — Ego Johannes Electus Visensis ab hac hora in antea fidelis et obediens ero beato Petro sancteque apostolice Romane ecclesie, et domino nostro domino Clementi Pape vi, suisque successoribus canonice intrantibus. Non ero in consilio aut consensu vel facto vt vitam perdant aut membrum, seu capiantur aut in eos manus violenter quomodolibet ingerantur, vel iniurie alique inferantur, quouis quesito colore. Consilium vero, quod michi crediturі sunt, per se aut Nuntium seu litteras ad eorum damnum, me sciente, nemini pandam. Papatum Romanum et Regalia sancti Petri adiutor eis ero ad retinendum et defendendum contra omnem hominem. Legatum apostolice sedis in eundo et redeundo honorifice tractabo, et in suis necessitatibus adiuuabo. Jura honores priuilegia et auctoritatem Romane ecclesie domini nostri pape et successorum predictorum conseruare, defendere, augere et promouere curabo. Nec ero in consilio facto seu tractatu, in quibus contra ipsum dominum nostrum vel eandem Romanam ecclesiam aliqua sinistra vel preiudicialia personarum iuris honoris status et potestatis eorum machinetur; et si talia a quibuscumque procurari nouero vel tractari impediam hoc pro posse, et quantotius commode potero significabo eidem domino nostro, vel alteri per quem ad ipsius notitiam peruenire possit. Regulas sanctorum patrum, decreta, ordinationes, sententias, dispositiones, reseruationes, prouisiones et mandata apostolica totis viri-

Digitized by Google

bus obseruabo, et faciam ab aliis obseruari. Hereticos, scismaticos et rebelles domino nostro et successoribus predictis pro posse persequar et impugnabo. Vocatus ad Synodum veniam, nisi prepeditus fuero canonica prepeditione. Apostolorum limina Romana Curia existente citra singulis Annis, vltra vero Montes singulis Bienniis, visitabo aut per me aut per meum Nuntium, nisi apostolica absoluar licentia. Possessiones vero ad Mensam meam pertinentes non vendam nec donabo neque impignorabo neque de nouo infeudabo, vel aliquo modo alienabo, etiam cum consensu Capituli ecclesie mee, Inconsulto Romano Pontifice. Sic me deus adiuuet et hec sancta dei Euangelia.

Datum Rome apud Sanctum petrum Anno Incarnationis dominice Millesimo quingentesimo uigesimo quarto, Pridie Idus Septembris, Pontificatus nostri Anno Primo [1].

Bulla do Papa Clemente VII.

1524 — Novembro (3).

Clemente bispo seruo dos seruos de deus ad perpetuam rei memoriam.

O Romano pontifice na terra vigario de christo, o quall tem o Regymento da militante Igreja, a quall todas as Igrejas do uniuerso mundo abraça, o quall Romano Pontifice com madura deliberaçam todas as cousas oulhando tem hum especial Respeito e naturall cuidado das Igrejas de Roma, a quall mais que todas as outras como filha he delle amada, E principalmente tem este proprio cuidado daquellas Igrejas, das quaes os Cardeaes da sancta Igreja de Roma tem seu titulo ou nomeaçam, na fabrica e Reformaçam das quaes tanto com mor cuidado entende, quanto a dicta cydade nam somente he cabeça do mundo, mas ainda tem o principado da Religiam christãa, e na quall cidade o Senhor ordenou que fosse a Sancta See de seu vigario, á quall See de todas as partes do mundo os fieis christãos concorrem. Em verdade esses Cardeaes da dicta See sam chamados membros honrados, E por tanto aquelle, que por diuina

[1] Arch. Nac., Maç. 19 de Bullas, n.º 33.

Digitized by Google

prouidencia em a dicta See está assentado, acostumou oulhar por as dictas Igrejas, e dellas despoer e ordenar segundo que vê no Senhor que saudauellmente lhes pertence. E certamente como quer que no tempo passado o papa leo x da felice recordaçam, nosso predecessor e primo, Recebesse na honra do Cardealadego nosso amado filho affonso, filho de Manuell da Clara memoria Illustre Rey de Portugall e dos algarues, E lhe desse por nomeaçam de seu Cardealadego a Igreja de sancta luzia In septem soliis de Roma, Nós, fauorecente a diuina clemencia eleyto ao sancto Pontificado, Consyderando que no tempo passado Sixto papa IIII, outrosy nosso predecessor, com maduro conselho oulhando a dicta Igreja ser sytuada em huma vinha junto do mosteiro de sam gregorio de Roma, e ser priuada de todos os bens asy moues como immoues, e desfallecida de rendas, e em seus edeficios tam consumida e quasi destroida de maneira que parecia que totallmente cayria em terra, querendo elle prouer por tall que muitas antigas e grandes colunas e muy grandes marmores com a queda nam quebrassem, Como muytas vezes se faz, e por se nam perderem, mandou derribar a dicta Igreja, e goardar as dictas colunas e marmores pera em Repairo de outras Igrejas da dicta cidade serem conuertidas, E deu lugar que o assentamento da dita Igreja asy deserto de todas as partes asy como profano ou lugar nam sagrado podesse ser laurado, E trespasou seu titulo e denomeaçam de Cardealadego á Igreja de sancta luzia junto do tibere, no bayrro da ponte. E oulhando nós que Julio II da sancta memoria, deseiando alargar a dicta cidade, mandou fazer algumas ruas publicas longas e largas, e nellas magnificas casas edificar, e antre as outras começou de mandar fazer hum paço no bayrro da ponte junto da Igreja de sam bras, de grande obra e magnifica do dinheiro da camara apostolica, o quall paço por Rezam de sua morte nam foy acabado, E a dicta camara por causa das muitas diuidas da See apostolica o nam pode acabar, e muito menos agora o pode fazer; E considerando nós que, se se ordenasse a dicta Igreja de sam bras ser em titulo de presbitero, ou em diaconia de diacono Cardeall, e se ao dito affonso Cardeall se concedesse juntamente com o paço começado a edeficar, E o dicto affonso Cardeall á sua custa acabasse a dita Igreja e paço, Isto sem duuida seria ornamento e fermosura da dicta cidade, e proueyto do dito affonso Cardeall quando nella resydir quisesse, e outrosy seria honra e louuor do dicto manuell Rey, o quall em sua vida desejou man-

Digitized by Google

dar fazer algum edificio semelhante, deliberámos resgoardar asy á honra do dicto manuel Rey como ao proueyto do dito affonso, e tambem á formosura e ornamento perpetuo da dicta cidade de Roma: pollo quall, avida sobre ysso madura deliberaçam, do nosso moto proprio e certa sciencia, e de comprido poder apostolico e auctoridade apostolica, statuimos e ordenamos que d aquy por diante a dicta Igreja de sam bras deua ser diaconia do dito affonso Cardeall, e d ahy avante pera sempre seja titulo de presbitero ou diaconia de diacono cardeall, segundo acontecer ser o Cardeall que por os tempos a teuer. E concedemos ao dito affonso Cardeall por denomeaçam de seu Cardealadego a dita Igreja de sam bras, juntamente com o dicto paço a ella junto, com todos seus direitos e pertenças, pera que á sua propria custa, segundo esperamos e no senhor o ortamos, possa acabar a obra da dita igreja e paço: nam obstante etc..... [1].

Breve do Papa Clemente VII, dirigido ao Cardeal D. Affonso.

1524—Novembro 27.

Clemens papa vii Dilecte fili noster salutem et apostolicam benedictionem.

Dudum siquidem felicis recordationis Leo papa x praedecessor noster nonnulla ecclesiastica beneficia, etiam dignitates, in elborensi et aliis ecclesiis, etiam generaliter reseruata, usque ad certum expressum ualorem, primo etiam cessantibus commendis uacatura, specialiter suae et sedis apostolicae dispositioni reseruando, ac ordinariis et aliis ne de illis se intromitterent inhibendo, dilecto filio Michaeli de Silua, clerico vlixbo-

[1] Arch. Nac., Maç. 37 de Bullas, n.° 76. *Não encontrámos a bulla original, nem outra traducção complecta que nos indicasse a data; comtudo, não obstante estar a segunda folha deste documento collada a uma outra, ainda se lê por transparencia o seguinte, escripto no verso:* Trelado da bula do titollo nouo de sam bras que o papa deu ao senhor cardeal, a qual foy dada em euora a el Rey noso senhor no anno de 1525 no propio dia de sam bras em que se celebra a festa do dito santo na dita cidade. *Vidè a nota no fim do breve de 27 de novembro.*

Digitized by Google

nensi, Carissimi in Christo filii nostri Portugalliae Regis Illustris apud eum tunc, et nunc apud nos et dictam Sedem oratori, motu proprio et ex certa scientia ac de apostolicae potestatis plenitudine ad eius uitam commendauit, illaque ex tunc sibi commendata, ac omnes et singulas collationes, prouisiones et commendas, et alias dispositiones de eis eatenus ei deinceps, etiam per eum et dictam sedem pro quibuscunque, etiam Cardinalibus, quouis modo et ex quibuscunque causis factas et faciendas, nullas, irritas, et inanes existere nec titulum etiam coloratum alicui tribuere possidendi, eundemque Michaelem in ipsorum beneficiorum assecutione cunctis etiam Cardinalibus anteferri debere, ac sibi plenum ius in illis esse quesitum, ita quod solam possessionem et fructuum et reddituum perceptionem expectare deberet, aliasque et alia decreuit, certis desuper executoribus deputatis, Quibus mandauit quatenus eundem Michaelem, seu eius procuratorem, in corporalem dictorum beneficiorum possessionem inducerent, amotis quibusuis detentoribus ab eisdem, quos ipse praedecessor tanquam alieni raptores amouit, amotosque et propterea nec de spolio aut attentatis contra eundem Michaelem agi posse nunciauit, prout in litteris apostolicis desuper in forma breuis expeditis plenius continetur. Et deinde, sicut accepimus, scolastria dictae ecclesiae elborensis, quae inibi dignitas non tamen maior post pontificalem existit, per obitum bonae memoriae Francisci Fernandez episcopi Fecensis, illius dum uiueret ultimi possessoris, extra Romanam Curiam tempore recolendae memoriae Adriani papae VI, etiam praedecessoris nostri, et ante illius coronationem, uidelicet ante diem ultimam mensis Augusti anni a natiuitate Domini millesimi quingentesimi vigesimi secundi, defuncti, uacante, et ad praefatum Michaelem uigore dictarum litterarum, ex eo etiam quod nos per quandam Constitutionem siue regulam Cancellariae nuper editam effectum et uigorem constitutionis, siue regulae reuocatoriae per praefatum Adrianum praedecessorem ante dictam uacationem editae, ad diem dictam coronationem sequentem reduximus, restrinximus, seu retraximus, pertinente, dilectus filius Antonius Didaci, pro clerico se gerens ex ordinaria seu apostolica collatione uigore, certae gratiae expectatiuae sibi concessae, et per dictam reseruationem eidem Michaeli concessam suspensae, in illa se intrusit et intrusus existit, in praefati Michaelis preiudicium non modicum et iacturam. Nos igitur attendentes dictam Scolastriam dictae reseruationis uigore eidem Michaeli, et nulli alteri, deberi et ad ipsum duntaxat specta-

Digitized by Google

re, Motu proprio, non ad dicti Michaelis uel alterius pro eo nobis super hoc oblatae petitionis instantiam, sed ex nostra mera deliberatione ac ex certa scientia et apostolicae potestatis plenitudine, Circunspectionem tuam, qui eiusdem ecclesiae elborensis perpetuus administrator existis, hortamur in Domino ac requirimus ut, si rem gratam nobis facere desideras, eundem Michaelem, seu eius legitimum procuratorem, in dictae scolastriae, iuriumque et pertinentiarum omnium illius, realem et actualem possessionem inducas, et per dilectos filios capitulum eiusdem ecclesiae elborensis, quibus etiam per alias nostras litteras mandamus ut ipsum ad dictam Scolastriam recipiant et admittant, induci facias, et defendas inductum, dicto Antonio et quouis alio detentore amoto, prout etiam nos ex nunc per presentes amouemus et amotum esse, eumque de spolio ac uitio attentati minime agere posse decernimus, sed si ius habere praetendat eum de iure suo uia petitorii duntaxat experiri posse, sicque ubique etiam in auditorio Rotae iudicari debere uolumus. Non obstantibus praemissis, necnon constitutionibus et ordinationibus apostolicis, statutisque et consuetudinibus dictae ecclesiae elborensis, iuramento, quod dicto Michaeli ad effectum premissorum, quatenus opus sit, relaxamus, confirmatione apostolica, ac quauis alia firmitate roboratis, priuilegiis quoque et indultis, ac litteris apostolicis praefatis Capitulo et quibusuis aliis quomodolibet concessis, confirmatis, et innouatis, quibus illorum tenores pro sufficienter expressis habentes, illis alias in suo robore permansuris, hac uice duntaxat, specialiter et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscunque. Et de his quae Circumspectio tua in praemissis fecerit quamtotius per tuas litteras nobis significare curabis.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub Annulo piscatoris, die XXVII Nouembris MDXXIIII, Pontificatus Nostri Anno Segundo. — *Be. El. Rauennensis* [1].

[1] ARCH. NAC., Maç. 20 de Bullas, n.° 2. *Lê-se no sobrescripto:* Dilecto filio nostro Alfonso Sancti Blasii Diacono Cardinali. *O Documento numero 24 do Maç. 26 de Bullas é outro breve do mesmo teor.*

Digitized by Google

Breve do Papa Clemente VII, dirigido a el-Rei.

1525—Janeiro 29.

Clemens papa VII Carissime in christo fili noster salutem et apostolicam benedictionem.

Cum dilectus filius Michael de Sylua Orator apud nos tuus, venerabili fratri Joanni mattheo episcopo veronensi Datario nostro et nostro nomine recepienti, soluerit summam sex millium ducatorum auri in auro de camera pro compositione dispensationis Serenitati tuae per nos concessae de contrahendo matrimonium cum carissima in christo filia nostra Caterina Hispaniarum infante Cesareaeque Maiestatis sorore, non obstante impedimento inter te et illam in secundo et aliis inferioribus etiam multiplicibus gradibus consanguinitatis et affinitatis intercedente, Nos ad eiusdem oratoris tui preces, ne te in posterum super hoc molestari contingat, te de summa sex millium ducatorum predicta, quae in similibus longe maior esse consueuit ac debuit, et quam in totum serenitati tuae remisissemus, nisi sedes apostolica hoc tempore aere alieno grauiter oppressa esset, tenore presentium quietamus et liberamus, contrariis non obstantibus quibuscunque.

Datum Romae apud sanctum Petrum, sub annulo piscatoris, die XXVIIII Januarii MDXXV, Pontificatus Nostri Anno secundo. — *Be. El. Rauennensis* [1].

[1] ARCH. NAC., Maç. 20 de Bullas, n.° 3.

Digitized by Google

Bulla do Papa Clemente VII, dirigida a el-Rei e á Rainha.

1525—Fevereiro 5.

Clemens Episcopus seruus seruorum dei Carissimo in christo filio Joanni Portugallie et Algarbiorum Regi, et Carissime in christo filie Catherine Regine Illustribus Salutem et Apostolicam Benedictionem.

Sincera feruensque deuotio, quam ad nos et Romanam geritis ecclesiam, merito nos inducunt vt illa vobis et cuilibet vestrum fauorabiliter concedamus, per que conscientie pacem et animarum vestrarum salutem Deo propitio consequi possitis, ac petitionibus vestris, illis presertim quas ex deuotionis feruore prodire conspicimus, quantum cum deo possumus fauorabiliter annuamus. Hinc est quod nos, vestris deuotis supplicationibus inclinati, vobis et filiis ac filiabus vestris ex vobis nascituris, fratribusque tuis, fili Joannes Rex, et cuilibet eorum, vt aliquem presbiterum ydoneum secularem, etiam Prelatum aut cuiusuis ordinis regularem, in vestrum possitis eligere Confessorem, qui vita vobis comite in casibus etiam sedi apostolice reseruatis, hiis dumtaxat exceptis, videlicet, criminum heresis, rebellionis aut conspirationis in personam Romani Pontificis aut apostolice sedis, et offense personalis in aliquem sancte Romane ecclesie Cardinalem, quibus uos nec illaqueatos nec illaqueari debere credimus, semel tantum quolibet Anno, et in mortis articulo etiam ab exceptis huiusmodi, in aliis vero quotiens fuerit opportunum, confessionibus vestris diligenter auditis, pro commissis vobis debitam absolutionem impendat et iniungat penitentiam salutarem, Ac vota quecunque vltramarino visitationis liminum Apostolorum Petri et Pauli de Urbe ac sancti Jacobi in Compostella, necnon Castitatis et Religionis votis dumtaxat exceptis, in alia pietatis opera commutare, Ac iuramenta quecunque sine iuris alieni prejudicio relaxare valeat, necnon omnium peccatorum vestrorum, de quibus corde contriti et ore confessi fueritis seu de quibus voluntatem confitendi et intentionem habueritis vobis semel singulis Annis, aliis vero semel in vita et in mortis articulo, etiam si mors tunc non se-

Digitized by Google

quatur, plenariam remissionem et absolutionem vobis in sinceritate fidei et vnitate sancte Romane ecclesie, ac obedientia et deuotione nostra et successorum nostrorum Romanorum Pontificum canonice intrantium persistentibus, auctoritate apostolica concedere possit. Quodque liceat vobis et filiis vestris ac fratribus tuis, fili Joannes Rex, et vestrum ac eorum cuilibet, habere Altare portatile cum debitis reuerentia et honore, super quo in capellis seu oratoriis vestris, et aliis locis congruentibus et honestis, et cum qualitas negotiorum pro tempore ingruentium id exegerit, etiam antequam ellucescat Dies, circa tamen diurnam lucem ac etiam circa meridiem, et si ad loca ecclesiastico interdicto auctoritate apostolica dummodo non stet per vos quominus huiusmodi seruetur interdictum, aut executioni demandetur id propter quod fuerat appositum interdictum supposita vos declinare contigerit in illis, clausis januis excommunicatis et interdictis exclusis, non pulsatis campanis, etiam cum cantu et voce exaltationum, seu sine cantu alta et intelligibili uoce, per proprium Capellanum seu alium sacerdotem ydoneum Missas et alia diuina officia, sine iuris alieni preiudicio, in vestra et cuiuslibet vestrum familiarium domesticorum ac personarum per vos et quemlibet vestrum eligendarum predictarum presentia, Ita quod vobis, aut Capellano seu alio sacerdoti sic celebranti, ad culpam nequeat imputari, dummodo vos vel familiares aut alie persone predicte causam non dederitis interdicto, nec id vobis vel illis contigerit specialiter interdici, celebrari facere, ac eodem interdicti et alio quocumque tempore, etiam in die Paschatis, vos ac familiares et persone predicte Eucharistiam et alia sacramenta ecclesiastica a Capellano vestro, seu alio sacerdote, absque licentia Rectorum parrochialium ecclesiarum, in quarum parrochiis vos et personas predictas pro tempore residere contigerit, sine tamen illorum preiuditio, recipere; et si vos aut familiares seu personas prefatos, interdicto huiusmodi durante, decedere contigerit, vestra et illorum corpora siue cadauera, etiam cum funerali pompa, ecclesiastice tradi possint sepulture. Preterea quod vos, et quilibet vestrum ac familiares predicti, ac alie quinquaginta persone per dictum Confessorem de consensu vestro, fili Joannes Rex, et in christo filia Catherina Regina, eligende, Quadragesimalibus et aliis Anni diebus et temporibus, quibus stationes et indulgentie ecclesiarum vrbis, etiam extra illius muros, celebrantur, Unum Altare in Capella seu oratorio vestro, aut alia ecclesia consistens per vos et vestrum quemlibet pro tem-

Digitized by Google

pore eligendum deuote visitando, tot et similes indulgentias et peccatorum remissiones consequamini, quas consequeremini et consequi possetis si singulis diebus predictis easdem singulas vrbis Rome et extra eam ecclesias, que a christifidelibus propter stationes huiusmodi visitari solent, personaliter visitaretis. Et si forsan senes aut mulieres pregnantes et valitudinarii, aut aliqua infirmitate oppresse aut impedimento detente, Altare huiusmodi visitare nequiueritis, tunc elemosinam aliquam elargiendo, aut suffragia aliqua erogando, seu Ter orationem dominicam et totiens salutationem Angelicam ante ymaginem aliquam recitando, easdem indulgentias et peccatorum remissiones consequamini. Ac quod Qadragesimalibus, et aliis Anni diebus et temporibus prefatis, quibus esus lacticiniorum, ouorum et carnium est a jure prohibitus, butiro, ouis, caseo et aliis lacticiniis, ac de vtriusque Medici consilio carnibus, absque conscientie scrupulo, vesci et vti libere et licite valeatis. Postremo vero moderno, et pro tempore existenti per te, fili Joannes Rex, eligendo Confessori, etiam si sit Prelatus in sua ecclesia diocesi aut Monasterio seu Conuentu sui ordinis, minime residere valeat, nec ad id per quempiam compelli possit dicta auctoritate indulgemus, ipsumque Confessorem ab omni iurisditione, visitatione, correctione, superioritate, dominio et potestate sui, ac aliorum ordinariorum et superiorum quorumcunque, necnon vicariorum et officialium eorundem auctoritate et tenore predictis prorsus eximimus et liberamus, Ac sub nostra et beati Petri protectione suscipimus. Non obstantibus Constitutionibus et ordinationibus apostolicis, necnon similium indulgentiarum, etiam presentis Anni Jubilei, reuocationibus et suspensionibus, etiam durante fabrica Basilice Principis Apostolorum de Urbe, ac Cruciate ratione expeditionis contra Infideles, per nos et sedem apostolicam sub quibusuis verborum formis et clausulis factis et concessis, ceterisque contrariis quibuscunque. Volumus autem quod Confessor predictus de hiis, de quibus fuerit alteri satisfactio impendenda, eam vobis, per vos si superuixeritis, vel per alios si forsan tunc transieritis, faciendam iniungat, quam vos, vel illi omnino facere teneamini. Et ne quod absit vos, propter facultatem eligendi Confessorem huiusmodi reddamini procliuiores ad illicita imposterum committenda, quod si a sinceritate fidei ac obedientia et deuotione nostra vel successorum nostrorum predictorum destiteritis, aut ex dicte facultatis confidentia aliqua forsan commiseritis, facultas, concessio et remissio predicte ac quoad eas presentes

Digitized by Google

littere nullius sint roboris uel momenti; quodque indulto celebrari faciendi ante diem parce vtamini, nam cum in Altaris ministerio immoletur Dominus noster Jesus christus Dei filius, qui candor est lucis eterne, congruit hoc non noctis tenebris fieri, sed in luce; quodque transumptis manu publici Notarii subscriptis et sigillo alicuius Prelatis munitis, eadem prorsus fides adhibeatur ac si essent exhibite vel ostense. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrorum indulti, liberationis, susceptionis et voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attemptare presumpserit indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Petri et Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum.

Datum Rome apud Sanctum petrum Anno Incarnationis dominice Milesimo quingentesimo uigesimo quarto, Nonis februarum, Pontificatus nostri Anno Secundo. — *Jo. M. Episcopus Veronensis* [1].

Carta de D. Miguel da Silva ao Cardeal Infante.

1525 — Fevereiro 6.

Senhor. — Sendo eu criado de vosa alteza como del Rey voso irmão, e sempre ate agora e agora nam estando menos em voso seruiço que no seu, no que me compre muito nam poso nem devo socorrer me a ninguem com mais Rezão que a elle, e principalmente nas cousas em que sem seu mandado e vontade nam se poderia asi alcançar justiça. Ho mestrescolado, senhor, desa vosa see d evora cayo debaxo de minha Reserva, e polla derrogação que papa adriano fez em espanha eu cesey de nelle entender ate ver se durava a sem Rezão que vniversalmente se fazia a todo ho mundo niso. Vindo despois a decraração de papa clemente pera tornar ho seu a seus donos, ditirminey de mandar logo a vosa alteza, que, aalem do zello que tem e deve ter de fazer justiça a todos, neste caso a mim, que sam seu, hade folgar de fazer muito mais, asy por lha eu merecer e aver de servir sempre, como por nam ser seu seruiço nem

[1] Arch. Nac., Maç. 1 de Bullas n.° 2.

Digitized by Google

honra de seu cabido estar huuma tam principal dinidade em mãos de huum homem, que nem sabe latim nem escreuer senam muy Roimente, sendo ha hobrigação da dinidade particularmente letras pera poder fazer seu officio, e estas que em mim nam aja muytas á hi alguumas mais que nelle, e outras tantas Rezões de voso criado e criado delRey voso irmão, que fiquo muy seguro que por voso mandado me será feita inteyramente justiça, no que, alem da merce que se a mim faz, faria vosa alteza muito asinado seruiço ao papa, que lhe sobre iso escreue como verá, e pede que lhe Responda. Ao cabido escreve tambem sua santidade e manda sob aquellas pennas, que a see apostolica acustuma poher em semelhantes casos, que me dem logo a pose, ho que nam pode negar de direito nem negará se vosa alteza jaa me nam quisese fazer huum muy grande agrauo, que eu nam espero, e ao papa nam satisfazer como sua santidade espera. Joanne mendez dará deste caso mais larga enformação a vosa alteza, ho que eu nam faço pollo nam enfadar. Beijar lh ey as mãos ouuillo e crello, e a mim fazer merce e justiça, que com isto e com quanto tenho, e com a vida, aqui e onde quer que estiuer, servirey sempre. Beijo as mãos de vosa alteza, cuja vida e estado noso senhor deus guarde e acrecente como deseja.

De Roma aos seis dias de fevereiro 1525.

Criado de vossa alteza. — *Dom myguel da Sylva* [1].

Carta d'el-Rei a D. Miguel da Silva.

1525—Fevereiro 23.

Dom miguel amiguo, Eu elRey vos emvio muyto saudar. Esguardando eu ao muyto e muy continuado seruiço, que dom martinho de portugall, filho do bispo dom affonso que foy d evora, fez a elRey meu senhor e padre, que santa gloria aja, asi no tempo em que o seruyo de dayam de sua capella, como dantes, e como a mym teem servido e ser-

[1] Arch. Nac., Corp. Chron., Part. I, Maç. 31, Doc. 143. *Lê-se no sobrescripto:* Ao Cardeal Infante de Portugal meu senhor.

Digitized by Google

ue muy continuadamente, e com muyta despesa de sua Remda, e pelo grande contentamento que tenho de sua pessoa e merecimentos, e por yso desejar muyto de lhe fazer merce e acrecentamento, me prouue o prouer e lhe fazer merce do moesteiro de sam Jorge da ordem de santo agostinho, da diocesy do bispado de Coimbra, que tinha o Iffante dom Anrique meu muyto amado e preçado Irmaão, o qual o Renunciou pera em seu fauor, como verês por sua Renunciaçam. E soprico e peço muyto por merce ao santo padre por minha sopricaçam, que com esta vos emvio, que o queira prouer a minha sopricaçam do dito moesteiro em emcomenda. E porque Receberey muyto prazer de aver minha sopricaçam effeito, vos emcomendo muyto e mando que loguo apresentês a sua santidade minha sopricaçam, e lhe façaes relaçam de cujo filho he o dito dom martinho, e da Rezam que tenho pera folgar de lhe fazer merce e acrecentamento, asy pelo muy conjunto diuedo que seu pay comigo tinha, como pella pessoa e merecimentos do dito dom martinho, que sam dinos pera Receber toda merce e acrecentamento; e que soprico e peço por merce a sua santidade que o queira proveer do dito moesteiro em emcomenda e lhe mandar dar suas bulas e prouisões necessarias, e que o Receberey de sua santidade em muy singular merce. E a vós emcomendo muyto em espiciall que trabalhês quanto posiuel vos for que loguo esta expediçam se faça e com todo fauor que seja possiuel, porque pelo muyto amor e booa vontade que tenho ao dito dom martinho, nom poderês nisto fazer cousa com que nom Receba muyto prazer e comtentamento. E ele vos emviará as provisões necesarias pera o custo e despesa da expediçam das bullas, e de todo o que pera ela comprir.

Scripta em evora a XXIII dias de fevereiro, Jorge Rodrigues a fez, de 1525. — *Rey* (com cinco pontos) [1].

[1] ARCH. NAC., Corp. Chron., Part. I, Maç. 31, Doc. 97. *Diz o sobrescripto:* Por elRey a dom miguell da silua do seu conselho e seu embaixador em corte de Roma.

Digitized by Google

Breve do Papa Clemente VII, dirigido a el-Rei.

1525—Junho 18.

Clemens papa vii Carissime in christo fili noster salutem et apostolicam Benedictionem.

Cum elegissemus dilectum filium Antonium Ribeyrum camerarium nostrum Serenitatis tuae subditum, quem cum Rosa aurea et Sancti Jubilei indulgentiis ad te mitteremus, eumque iudicaremus idoneum, cui ob fidem ipsius erga utrumque nostrum omnia quae uellemus tuto credi possent, non dubitauimus ea quae nobis pro communi nostro honore, uniuersalique omnium christianorum salute, ueniebant in mentem, tuae Serenitati per ipsum Antonium aperire ut simul pastorali officio nostro, simul necessitati praesentium rerum ac temporum satisfaceremus. Nunc enim, fili noster carissime, ut uides, res christiana si unquam alias in discrimen adducta est, inde ui externa infidelium Turcarum, hinc domesticis nostrorum seditionibus calamitate insuper addita, potentissimi Regis ac Regni, uiribusque nostris siquae supererant multipliciter comminutis. Quibus malis etsi diuina potius eaque sola mederi potest clementia, tamen nostri muneris tuaeque pietatis arbitrati sumus fore ut coniunctis animis atque officiis incumberemus una ambo in eam piam curam christianitatis vniuersae, si non in eum quem cuperemus, at in meliorem aliquem statum uendicandae. Quare, communicatis prius his cum dilecto filio Nobili Viro Michaele de Sylua, oratore apud nos tuo, quem nos merito amamus et magnifacimus, illoque honore tuoque in eum amore dignissimum iudicamus, cuius erga te et clarae memoriae patrem tuum eximia fides et merita omnem a te beneuolentiae significationem nobis semper gratissimam futuram expostulant, mandauimus ei ut haec, et quaedam alia ecclesiasticam libertatem concernentia, ipse per litteras, Idem uero Antonius ut uerbis coram tuae Serenitati explicaret. Hortamur igitur et omni studio requirimus Serenitatem tuam ut, illorum scriptis et verbis circa hoc fidem adhibens, pro sua maiorumque suorum gloria et pietate in id

Digitized by Google

quod optamus incumbat, quodque vniuersis christifidelibus ad salutem, Tuae uero Serenitati ad gloriam perennem, etiam in coelis adipescendam, redundabit.

Datum Romae apud sanctum Petrum, sub Annulo Piscatoris, die XVIII Junii MDXXV, Pontificatus Nostri Anno Segundo. — *Be. El. Rauennensis* [1].

Breve do Papa Clemente VII, dirigido á Rainha D. Catharina.

1525—Junho 18.

Clemens papa VII Carissima in christo filia nostra salutem et apostolicam benedictionem.

Cum Rosam auream solemni a nobis more dicatam, ac sancti jubilei Indulgentias per dilectum filium Antonium Ribeyrum, camerarium nostrum, Serenissimo illi Regi consorti tuo mitteremus, non arbitrati sumus a nostro officio paternoque in te amore et singularibus meritis tuis alienum tibi etiam id munus Indulgentiarum mittere, Teque, quam carissimae in christo filiae loco et amore habemus, per litteras et dictum Antonium paterne inuisere. Tua enim tanta pietas in Deum et in hanc sanctam sedem reuerentia, quantam esse audimus et cum Domino laetamur, eiusmodi spirituale munus de Thesauro ecclesiae sumptum a nobis requirebat, qui nihil tibi mundanorum munerum, aut preciosius hoc, aut gratius mittere potuissemus. Ac nos quidem, qui Reginas christiani nominis omnes paterna charitate in christo diligere debemus, Serenitatem tuam eo specialioris in eodem christo amoris praerogatiua prosequimur, quo tu non solum tali Regi nupta, sed Serenissimi Cesaris soror, christianisque Principibus fere omnibus consanguinitate uel affinitate iuncta, in multis piis ac sanctis operibus ad christianae Reipublicae salutem et commodum exequendis, opportuna esse nobis potes. Nosque eam de te spem concepimus iam inde cum felicem hanc copulam audiui-

[1] ARCH. NAC., Maç. 19 de Bullas, n.° 39.

Digitized by Google

mus, gratulatique vobis sumus fore vt tua opera atque auctoritate (Deo coadiuuante) ad maximarum atque optimarum rerum confectionem aliquando vteremur. Quod nos equidem nunc primum agere cum Dei nomine instituimus, atque eidem Antonio mandauimus vti cum Serenitatem tuam a nobis paterne atque officiose salutasset, benedictionemque ad te nostram cum sancti Jubilei munere attulisset, tum aperiret tibi cogitationes nostras ad vniuersale bonum communemque salutem omnium christianorum directas, super his quae ipsum Antonium cum tuo viro Rege nostro nomine agere voluimus, quae ue etiam hinc ad vos per dilectum filium nobilem virum Michaelem de Sylua, oratorem apud nos vestrum, tuae serenitatis deuotum et cultorem praecipuum scribentur. Hortamur itaque te, filia in christo carissima, vt nostra pia desideria apud eundem virum tuum Regem et quos deinde opus erit coadiuuare ac fouere, gratiamque in his et auctoritatem tuam nobis accommodare Dei causa uelis, A quo deinde tibi ea erunt prompta ac parata premia, quae tantae tuae pietati atque effectui optimorum operum per te secuto erunt consentanea. Quemadmodum idem Antonius, cui vt nobis valde accepto, vestrique nominis et natura et voluntate obseruantissimo, non modo in his fidem, sed benignum auditum a te preberi cupimus, latius Serenitati tuae explicabit.

Datum Romae apud sanctum Petrum, sub annulo piscatoris, die XVIII Junii MDXXV, Pontificatus Nostri Anno Secundo. —*Be. El. Rauennensis* [1].

Carta de D. Martinho de Portugal a el-Rei.

1525—Julho 6.

Senhor. — Tanto que cheguei esta cidade fiz como me Vossa Alteza mandou. O papa com alguma pesadonbre se determinou na uontade de Vossa Alteza. O certo foi por lho dom Miguel tambem requerer, e lhe dizer que não faria em nenhuma maneira senão o que Vossa Alteza lhe mandaua, e ainda que lhe desem todo o mundo, não o tomaria senão por sua Maão. Pon se em ordem pera se partir loguo, e asi mo tem dicto e asen-

[1] ARCH. NAC., Maç. 19 de Bullas n.° 46.

Digitized by Google

tado commiguo : manda este correo a o fazer saber a Vossa Alteza, e tambem pera lhe trazer algum dinheiro que qua deue. O mais de minha chegada, e do modo que o papa teue, e quam dificil foi, scriuirei a Vossa Alteza por antonio homem, que fiz esperar, he irá por as postas d aqui a cinco ou seis dias.

De roma aos VI dias de Julho 1525. — *Dom Martinho de Portugal* [1].

Breve do Papa Clemente VII, dirigido a el-Rei.

1525—Julho 7.

Clemens papa VII Carissime in christo fili noster salutem et apostolicam benedictionem.

Omnis qui tuas litteras aut tuum nomen et vicem nobis offert, uel representat, carissimus nobis ueniat necesse est propter singularem, quam habemus de Serenitate tua spem et beniuolentiam, qua tibi sumus mirifice affecti. Itaque dilectum filium Martinum de Portugallo, consiliarium tuum et ad nos oratorem, libenter uidimus, trinasque ab eo accepimus litteras, quae testimonium illustre amoris tui et erga nos obseruantiae deferentes, in reliquis quae ab ipso Martino nobis uerbis tuis exponerentur, significabant vt credere ea illi plane uellemus: ergo sermone inter nos multarum rerum ad te et coniunctionem nostram pertinentium habito, secuta est postulatio litteris tuis congruens vt quamprimum dilectum filium Michaelem Sylua, oratorem tuum, ab nobis dimittere et ad te iter capere curaremus, Quod nobis non paruae admirationi fuit, praesertim cum ipse Martinus causam nobis huius tantae tuae festinationis aperuisset, ac quia serenitas tua esset verita si amplificare instituissemus dicti Michaelis dignitatem ne ea res dignitati tuae et tuorum officeret iccirco illum abs te tantopere reuocari affirmasset. Quam rem nos sane non admodum aequis auribus accepimus, non quia de tui consilii et prudentiae opinione quicquam habeamus in animo nostro diminutum, sed quod intelligimus (id

[1] ARCH. NAC., Corp. Chron., Part. I, Maç. 32, Doc. 56.

Digitized by Google

quod fere omnibus in locis euenit) esse apud Serenitatem tuam, qui aliorum virtutibus obtrectantes prauis interpretationibus cuncta in partem deteriorem detorqueant. Sed etsi non parum molestus est nobis huius hominis discessus, tamen id quod necesse est, et ipse fidem erga te, quam semper diligentissime sanctissimeque conseruauit, hac quoque in parte exhibiturus est, ac rebus omnibus omissis ad te reuersurus, et nos hanc virtutem et synceritatem illius non sumus impedituri, illud tantum fecimus vt obstaremus quominus se in iter hoc tempore tam approperatum daret, tum quia sine certo pene mortis periculo his tantis caloribus ab vrbano aere in longinquas regiones vix licet proficisci, tum quia eum volumus omnibus nostris consiliis et cogitationibus instructum et optime paratum ad te peruenire quae certe omnia libenter et libere cum illo communicaturi sumus, sicut etiam cernimus serenitatem tuam optare. De tota autem re, quantum ad illum pertinet, sane ingrati simus si non illius plurimis et maximis in nos ipsos officiis, iniusti si non eiusdem virtuti et prudentiae testimonium debitum perhibeamus, cum hoc nos apud serenitatem tuam et verius et rectius simus facturi, quam qui si forsitan maliuolentia ducti de illo oblocuti sunt. Certe enim hic vir is est, qui, cum egregie nosset qua nos tibi beniuolentia essemus deuincti, cumque illam singularem animorum coniunctionem, quae inter felicis recordationis Leonem praedecessorem ac fratrem nostrum ac clarae memoriae Emanuelem patrem tuum interuenit, in memoria haberet, in omni varietate rerum et temporum nostrorum affuit nobis semper et fide et constantia singulari, satisque perspectum habens quicquid in nos officii atque amoris contulisset facturum se tibi in eo rem gratissimam in omni incremento nostrae dignitatis nihil omnino praetermissit nec studii, nec laboris, nec diligentiae, nec uero aliud omisit quicquam quod ab homine amantissimo atque officiosissimo posset expectari, cum ita uere et recte iudicaret omnem auctionem honoris et auctoritatis nostrae ad serenitatem quoque tuam pro mutua nostra beniuolentia pertinere. Qui ceteris etiam ornamentis eximie praeditus et ingenii et humanitatis et doctrinae in tuis patrisque tui negociis, ita nobis uidetur apte fideliterque uersatus, vt nequaquam te possit, neque adeo ipsum tuum patrem eius fidei obsequii, virtutisque penitere. His pro officiis tot atque tantis quae et nobis in amore et tibi in fidelitate praestitit, si cogitauissemus eum ornare maiore dignitate fecissemus profecto quod optimo Pontifici conueniebat. Quibus enim

Digitized by Google

aliis honorem deferri par est nisi illis qui ob virtutem digni sunt et suis officiis promerent? sed quod uerissime possumus affirmare neque uerbum ullum unquam omnino ea de re aut nobiscum factum est, aut ex nostro ore excidit, per quod uel cupiditas aliqua ipsius, uel nostra eius rei voluntas posset ostendi, a qua tamen voluntate eius ornandi nos non alienos esse confitemur, et nosmet memoria tenemus cum a supradicto pie memorie leone x honor illi et gradus cardinalatus, quae est amplissima in omni sacerdotio dignitas, nobis ipsis offerentibus ultro delatus esset, recusasse illum, et nullum sibi honorem sine Regis sui consensu uel potius Imperio acceptum esse posse respondisse, quam eius insolitam et prope inauditam integritatem temperantiamque animi, qui nunc in iniquam inuidiam vocant quam agant recte et sincere, tuae Serenitatis est pro sua prudentia considerare. Nam quod tibi forte a maliuolis suggestum est subditorum dignitatem officere et impedimento esse dignitati principum suorum, nobis multo uidetur secus; Non enim ullus honos futurus fuit quin Michael in tua esset, vt semper fuit, potestate, Tu enim illi semper Dominus, tu patronus futurus es, Nec uspiam imperii splendor et dignitas magis elucescit quam si ornamento et honoribus praediti fuerint quibus imperatur. Quae quidem cuncta vnaque fidem hanc testimonii nostri Serenitas tua, vt melius et diligentius examinare velit, ac reiectis maliuolorum calumniis expendere ueritatem, illam magnopere in Domino hortamur. Hoc quidem in discessu hominis nobis gratissimi molestiam quam ex eo capimus consolatur, quia vocatur a te ad fungendum munus sui officii, quod scribam puritatis uos appellatis, qui magistratus et honorem habet in se et locum fidei et virtutis apud Regem suum exercendae, sic enim et a te nobis scriptum, ac prope fide regia confirmatum est, et tuus recens orator nobis expressit, nihil illum diminuturum apud te neque conditionis neque gratiae, quam quantum nunc apud nos et in alma vrbe obtineat, in qua etiam nobis et toti curiae ob praestantis suas animi dotes prorsus est carissimus, hac nos sub fide et tua et oratoris tui facilius acquieuimus, vt rediret quod alias aegre aut vix fuissemus facturi. Grauiter enim passuri eramus tam prudentem et aptum, nobisque in omni re atque actione plurimum satisfacientem hominem a nobis diuelli. Sed quoniam et de tuo amore ac iudicio erga illum pignora habemus fidei et voluntatis tuae certissima, et non dubitamus quin ingenio dexteritate omnique virtute tibi plurimum satisfacturus sit, ac gratiam et be-

Digitized by Google

niuolentiam tuam cumulaturus, fuimus eius dimittendi magis liberales, quem cum intelligemus accaeptum esse a te vt suum fidelissimum nostri amantissimum hominem, et causam ipsius uocandi iustiorem, et beniuolentiam tuam erga nos sentiemus vberiorem, idque vt Serenitas tua efficiat in hoc homine, inque eo ornando et diligendo nostro quoque amori aliquantum plus tribuat, siquis apud te respectus nostri residet, et petimus ab ea uehementer et expectamus ac vt illi plenam in omnibus fidem adhibeas, quaecunque nostro nomine tibi dixerit etiam requirimus. Nos hic Martinum oratorem tuum, sicut tua voluntas fert, gratum et acceptum sumus habituri, nec quicquam praeterituri quod te velle a nobis atque expetere intellexerimus, Quemadmodum amor mutuus inter nos et tua virtus postulant.

Datum Romae apud sanctum Petrum, sub annulo piscatoris, die VII Julii MDXXV, Pontificatus Nostri Anno Secundo. — *Ia. Sadoletus* [1].

Carta de D. Miguel da Silva a el-Rei.

1525 — Julho 8.

Senhor. — Ho desejo de yr a seruir vossa alteza em presença, e obedecer seu mandado, me tem acendydo tanto que, posto que n estoutra carta minha digua que quero esperar a reposta deste correo, tenho determinado de yr logo tras elle, com muy grande perda de minha fazenda e desarranjo de minha casa: com tudo peço muito por merce a vossa alteza que acerca do dinheyro se lembre de me fazer a merce que lhe peço, porque deyxo aquy em penhor muytos criados meus, os quais nam se partirão sem vyr de lá esta prouisão, e por ysso dou ordem a este correo que torne, mas não por querer esperar sua tornada, o que não farey, antes me quero partir dentro de oyto ou dez dias. Em todolas maneyras beyjo as mãos de vossa alteza, cuja vida e Real estado nosso senhor guarde e acrecente como deseja.

De Roma a VIII de juglio 1525. — *Dom myguel da Sylua* [2].

[1] ARCH. NAC., Maç. 18 de Bullas, n.° 5. *E' do mesmo teor o documento n.° 21 do maço 26.*

[2] *Ibi*, Corp. Chron., Part. I, Maç. 32, Doc. 60.

Digitized by Google

Bulla do Papa Clemente VII, dirigida a el-Rei e á Rainha.

1525—Julho 23.

Clemens episcopus seruus seruorum dei Carissimo in Christo filio Johanni Regi, et Carissime in Christo filie Catherine Regine Portugallie et Algarbiorum Illustribus Salutem et apostolicam benedictionem.

Dudum siquidem per certum tuum, fili Carissime Johannes Rex, tunc apud nos et sedem apostolicam Oratorem pro parte tua nobis exposito quod vos, prò conseruandis inter vos vestrosque Consanguineos et Affines pacis et amicicie federibus, sicut et inter vestros etiam predecessores seruata fuerant, desiderabatis inuicem Matrimonialiter copulari; sed quia Secundo ex eo proueniente quod Duarum Sororum filiis eratis, ac alias Secundo et Tertio ac duplici Quarto, ac forsan aliis de quibus noticiam non habebatis, infra tamen Secundum Consanguinitatis gradum, gradibus inuicem eratis coniuncti, vestrum in ea parte desiderium adimplere non poteratis dispensatione apostolica desuper non obtenta, Nos, si qua alia impedimenta ratione Consanguinitatis uel affinitatis huiusmodi, quorum non recordabamini et forsan noticiam non habebatis, dummodo non essetis in arctiori gradu, expressis Consanguinitatis et Affinitatis pro expressis habentes ex premissis, ac certis aliis causis tunc expositis, vestris in ea parte supplicationibus inclinati, Uobiscum, dummodo tu in christo filia Catherina propter hoc rapta non fores ut predictis et aliis forsan pro expressis habitis impedimentis Consanguinitatis et Affinitatis huiusmodi non obstantibus, Matrimonium inter vos contrahere, et in eo postquam contractum foret remanere libere et licite valeretis, per alias nostras dispensauimus, ac prolem ex huiusmodi Matrimonio suscipiendam legitimam nunciauimus, prout in eisdem litteris plenius continetur. Et, sicut exhibita nobis nuper pro parte vestra petitio continebat, vos postmodum litterarum ac dispensationis huiusmodi vigore Matrimonium inter vos per verba legitime de presenti contraxistis illudque carnali copula consumastis. Cum autem, sicut eadem petitio subiungebat, vos tempore

Digitized by Google

dat. dictarum litterarum de aliis impedimentis ratione Consanguinitatis uel Affinitatis, infra Secundum Consanguinitatis gradum, forsan recordati fueritis, et noticiam habueritis, et propterea ab aliquibus de viribus litterarum et dispensationis et illarum vigore contracti Matrimonii huiusmodi, ac indesecutorum quoruncunque dubitari possit tempore procedente nobis per dilectum filium Martinum de Portugallia, Nepotem et apud nos et dictam sedem Oratorem tuum, fili Carissime Joannes Rex, humiliter supplicari fecistis vt in premissis oportune prouidere de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur, huiusmodi supplicationibus inclinati, volumus et apostolica auctoritate tenore presentium decernimus et declaramus quod dispensatio et littere predicte ab earum dat., necnon Matrimonium et alia inde secuta quecunque valeant, et vobis suffragari debeant, vosque in Matrimonio predicto libere et licite permanere possitis, et proles ex inde suscepta uel suscipienda legitima sit et esse censeatur, etiam si de aliis impedimentis predictis infra Secundum gradum Consanguinitatis tempore dat. dictarum litterarum recordati fuissetis et noticiam plenam habuissetis. Non obstantibus premissis ac in Prouincialibus et Sinodalibus Conciliis editis generalibus uel specialibus Constitutionibus et ordinationibus apostolicis, necnon omnibus illis, que in dictis litteris volumus non obstare, ceterisque contrariis quibuscunque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre voluntatis decreti et declarationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit indignationem omnipotentis dei ac beatorum Petri et Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum.

Datum Rome apud Sanctum petrum Anno Incarnationis Dominice Millesimo quingentesimo uigesimo quinto, Decimo Kalendas Augusti, Pontificatus nostri Anno Secundo. — *Io. M. Episcopus Veronensis* [1].

[1] Arch. Nac., Maç. 31 de Bullas Doc. 6.

Digitized by Google

Breve do Papa Clemente VII.

1525—Julho 27.

Clemens papa VII ad futuram rei memoriam.

Etsi Monasteriorum ac beneficiorum ecclesiasticorum omnium plena ac omnimoda dispositio ad Romanum Pontificem pertinere noscatur, nonnunquam tamen idem Pontifex aliqua ex eis priusquam vacent, certis suadentibus et sibi notis causis, suae et apostolicae sedis dispositioni specialiter et expresse reseruat, vt illis cum vacauerint per eum dictaeque sedis prouidentiam de personis idoneis ac sibi gratis et acceptis prouideri seu alias disponi possit. Hinc est quod nos cupientes duobus Monasteriis quorumuis ordinum existant, in Regno Portugalliae consistentibus, quae primo per decessum illa quomodolibet obtinentium vacare seu commendas aut administrationes cessare uel vniones dissolui contigerit, de persona seu personis idoneis ac nobis gratis et accaeptis, per quas circunspecte regi et salubriter dirigi valeant, prouidere, seu alias de illis disponere, Motu proprio, non ad alicuius nobis super hoc oblate petitionis instantiam, sed de nostra mera liberalitate, et ex certa scientia ac de apostolicae potestatis plenitudine, Duo Monasteria, quoruncunque ordinum existant, in dicto Regno consistentia, quae primo per decessum illa respectiue quomodolibet obtinentium simul uel successiue vacare, seu illorum commendas cessare, aut vniones dissolui contigerit, etiam apud sedem praedictam, etiam si illorum dispositio ad sedem praedictam specialiter uel generaliter pertineat, ac de illis non nisi consistorialiter disponi consueuerit et debeat, nostrae et eiusdem sedis dispositioni auctoritate apostolica tenore praesentium specialiter et expresse reseruamus, Districtius inhibentes dilectis filiis conuentibus dictorum Monasteriorum ne, illorum respectiue occurrente uacatione, aliquem seu aliquos in eorum et dictorum Monasteriorum respectiue Abbates eligere uel postulare, ac cuicunque seu quibuscunque ordinum eorundem superiori seu superioribus ne electionem confirmare seu postulationem aliquam admittere, etiam quoruncunque priuilegiorum, indultorum et litterarum apostolicorum, etiam cum quibus-

Digitized by Google

uis derogatoriis ac fortioribus efficacioribus et insolitis clausulis irritantibusque decretis, nunc et pro tempore, etiam per nos seu sedem praedictam concessorum, praetextu, necnon quibusuis aliis personis cuiuscunque status, gradus, ordinis uel conditionis fuerint, etiam quacunque Archiepiscopali, Episcopali, aut alia maiori dignitate, seu cardinalatus honore fungentibus, quascunque alias speciales uel generales etiam mentales reseruationes, gratias, priuilegia, indulta aut litteras quocunque nomine nuncupentur per nos uel sedem praedictam, etiam consistorialiter ac motu scientia et potestatis plenitudine, similibus etiam cum quibusuis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque fortioribus, efficatioribus et insolitis clausulis, etiam talibus quod illis per alia priuilegia litteras seu indulta derogari, aut illorum effectus suspendi non possint, aut suspendi posse non uideatur, quauis etiam Imperatoris Regum Reginarum Ducum et aliorum Principum uel ecclesiasticorum praelatorum, etiam Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalium seu iurium cessorum uel ablatorum consideratione, aut ob remunerationem laborum et obsequiorum nobis et dictae sedi impensorum, seu quocunque alio intuitu uel respectu in genere uel in specie ad Monasteria dicti Regni se extendentia concessa hactenus, seu in posterum forsan concedenda pro tempore prosequentibus, ne illorum praetextu Monasteria per praesentes reseruata huiusmodi acceptare, aut illa sibi comendari, uel illis de personis suis prouideri, aut se ad illa postulari uel eligi facere, seu pro tempore factis commendis, prouisionibus, electionibus electionum, confirmationibus seu postulationibus, aut aliis dispositionibus vti, uel alias de Monasteriis per praesentes reseruatis huiusmodi se intromittere quoquomodo praesumant; ac decernentes quascunque prouisiones, commendas seu electiones aut postulationum confirmationes, ac quasuis alias dispositiones per nos et sedem praedictam de dictis Monasteriis, etiam consistorialiter ac motu scientia et potestatis plenitudine similibus, quomodolibet faciendas, nisi in eis de Data ac tenore praesentium specialis, specifica, expressa et indiuidua mentio habita fuerit, nullius esse roboris uel momenti, sicque per quoscunque Judices et commissarios, etiam quauis auctoritate fungentes, et causarum palatii apostolici Auditores, ac dictos Cardinales, sublata eis et eorum cuilibet aliter judicandi, diffiniendi et interpretandi facultate et auctoritate, iudicari, diffiniri et interpretari debere, ac irritum et inane quicquid secus super his a quoquam quauis auctoritate, etiam per nos, scienter uel igno-

Digitized by Google

ranter, contigerit attemptari. Et nihilominus ne Monasteria per praesentes reseruata huiusmodi illorum respectiue pro tempore occurrentibus vacationibus, donec per nos seu sedem eandem illis de persona seu personis idoneis vt praefertur prouideatur, seu de illis alias disponatur, diuturne vacationis exponantur incommodis, illaque temere occupentur, seu in diuinis ac spiritualibus et temporalibus detrimenta sustineant illorumque fructus redditus et prouentus distrahantur, prouidere volentes, dilecto filio magistro Michaeli de Sylua, scriptori et familiari nostro, quem ad infrascripta Iconomum et nuncium specialem ad nostrum et dictae sedis beneplacitum specialiter et expresse auctoritate et tenore praemissis constituimus et deputamus, per haec scripta in virtute sanctae obedientiae motu simili committimus et mandamus quatenus per se, uel alium seu alios, Monasteriorum per praesentes reseruatorum praedictorum, illorum respectiue pro tempore occurrente vacatione, regiminis et administrationis, ac bonorum necnon iurium et pertinentiarum omnium corporalem possessionem, seu quasi, amotis quibuslibet illicitis detentoribus ab eisdem, nostro et camerae apostolicae nomine apprehendat, illamque ac ipsorum Monasteriorum curam, regimen et administrationem in eisdem spiritualibus et temporalibus gerat et exerceat, fructusque redditus et prouentus eorundem recipiat et conseruet donec aliud a nobis seu sede praedicta desuper habuerit in mandatis. Non obstantibus praemissis ac constitutionibus et ordinationibus apostolicis, necnon Monasteriorum et quorum illa extiterint ordinum huiusmodi juramento, confirmatione apostolica, uel quauis firmitate alia roboratis statutis et consuetudinibus, priuilegiis quoque indultis et litteris apostolicis praedictis, quibus omnibus et singulis illorum tenores praesentibus pro sufficienter expressis habentes, hac uice duntaxat, illis alias in suo robore permansuris, harum serie specialiter et expresse pari motu derogamus, illaque in Monasteriorum huiusmodi vacatione effectum sortiri non posse neque debere decernimus, ceterisque contrariis quibuscunque.

Datum Romae apud sanctum Petrum, sub annulo piscatoris, die XXVII Julii MDXXV, Pontificatus nostri Anno Secundo. — *Be. El. Rauennensis* [1].

[1] ARCH. NAC., Maç. 20 de Bullas, n.° 23.

Digitized by Google

Breve do Papa Clemente VII, dirigido a el-Rei.

1525 — Julho 29.

Clemens papa vii Carissime in christo fili noster salutem et Apostolicam benedictionem.

Etsi proximis diebus in ipso aduentu dilecti filii Martini de Portugallo, oratoris tui ad nos, litteras ad Serenitatem tuam dedimus, quibus et aduentum ipsius ex tua uoluntate et sententia nobis acceptum et gratum, et litteras tuas a nobis lectas significauimus, testimoniumque nostrum praeterea, et sensum animi nostri omnem in illis explicauimus, ut per eas ad te perferretur; Tamen, ut ipsi Martino hoc a nobis petenti gereremus morem, et primas litteras illas eodem exemplo et has quoque seorsum instituimus ad serenitatem tuam scribere iterum tibi nunciantes probatam esse nobis huius hominis industriam, Nam et in sermonibus prudens, et in omni actione tui honoris ac dignitatis studiosus nobis uisus est, cum quo libenter sumus omnia communicaturi, quae inter nos et serenitatem tuam tractanda agendaque inciderint. Ac de rebus quidem publicis et de omni statu sanctae sedis Apostolicae ac nostro, sicut tu in tuis litteris expetere uidebare, locuti sumus libere et largiter cum dilecto filio Michaele Sylua, ut ipse, qui iam ad iter paratus est et propediem in uiam se daturus, omnia ad te perferat. Quem hominem non desistimus tibi commendare, omnem enim eius erga nos amorem, et omnem fidem in maximis nostris rebus cum tua non mediocri dignitate sumus experti; Sed quoniam eum celeriter auditurus es consilia nostra tibi explicantem, non erimus in scribendo longiores, Teque ad sermones illius reiiciemus. Illud nunc ascribimus excubare apud nos cum memoriam clarae memoriae Patris tui, tum spem illam te non fore in sedis Apostolicae dignitate ac nostra colenda ipso Parente tuo Rege praestantissimo inferiorem. Nos quidem certe summam, quam erga illum gessimus, etiam in Serenitatem tuam beniuolentiam sumus persecuturi. Quem animum nostrum, atque amorem ipse iam Martinus plene nosse atque intelligere po-

Digitized by Google

tuit, et in his quae accident re ipsa est experturus, sicut ipse per litteras Serenitati tuae poterit facere notum.

Datum Romae apud sanctum Petrum, sub annulo Piscatoris, die XXIX Julii MDXXV, Pontificatus nostri anno secundo. — *Ia. Sadoletus* [1].

Breve do Papa Clemente VII, dirigido a el-Rei.

1525—Julho 31.

Clemens papa VII Carissime in christo fili noster salutem et apostolicam benedictionem.

His paucis diebus, cum in ea voluntate essemus vt Dilectum filium Michaelem Sylua non putaremus hoc tempore esse dimittendum, atque huius voluntatis nostre litteris ad serenitatem tuam datis rationes adscripsissemus, tum a veritate ipsa, tum a nostra erga eum beniuolentia singulari profectas, nec dubitaremus illas te admissurum esse et in optimam partem accepturum; Tamen, cum statim postea Michael ipse ad nos supplex adiisset summopereque esset precatus vt nostra bona cum venia iter sibi capere ad te liceret, cum se nec vitae illo periculo nec alia ratione quauis contineri posse diceret, quin Regis sui et Domini mandatis continuo esset audiens, cumque in hanc rem instaret et urgeret, nec nobis contratendentibus pateretur ullo modo sibi aliter persuaderi, Nos hanc quoque fidem tantam ac virtutem in hoc homine admirati, ratique non eam impediri a nobis sed adiuuari potius debere, ad summum illi concessimus vt in hac re animo suo obsequeretur, neque id admodum libenter fecimus, sed fuit necessario properationi eius et studio concedendum: paucos tantum dies excepimus, per quos possemus instruere eum de iis quae ad serenitatem tuam perferri et esset opus et nos cuperemus, sicut etiam tu a nobis per litteras postulasti. Ac nos quidem facimus libentissime vt tecum, cum quo propter tua et patris tui merita praeclara nobis et sanctae sedi apostolicae amor et coniunctissima necessitudo constituta est, omnia plane et libere conferamus, multumque confidamus opem et beni-

[1] ARCH. NAC., Maç. 20 de Bullas n.º 10.

Digitized by Google

uolentiam tuam nostris consiliis contendentibus ad christianae republicae bonum nullo loco defuturam : per quem autem commodius et melius nostrae interiores curae cogitationesque ad te deferrentur, quam per Michaelem Sylua? ne deligere quidem ex omni numero aptiorem quemquam potuissemus vt si haec fuerat nobis ex illius discessu subeunda molestia, sicut profecto aegre ferimus aptum et prudentem, et in amore fideque firmissimum, florentem praeterea in tota vrbe et curia hac primorum hominum et clarissimorum amicitiis, in omni parte uitae splendidum et gratiosum a nobis diuelli, ipsum nostrum animi dolorem hac commoditate compensemus, quod et eo interprete sumus in magnis nostris et sedis apostolicae negociis apud serenitatem tuam vsuri, et ipse locum apud te obtenturus est dignissimae gratiae atque auctoritatis, hanc enim fidem et litterae tuae et orator nobis praebuerunt, quae quanquam fides maximi momenti est, tamen certo scimus dexteritatem et prudentiam et penitus a te perspectam ipsius Michaelis fidem effecturam vt et optimum in eo clarae memoriae patris tui iudicium, et beniuolentiam nostram iustissimis et maximis de causis conflatam sis cogniturus. Sed cum in eis, quae illi tecum communicanda nostro nomine mandauimus, et in quibus uolumus abs te ei summam haberi fidem, aliqua sint secretiora, quae nolimus in aliorum scientiam ullo modo dimanare, non quin eorum omnium quorum tu credis fidei nos quoque credamus, sed quia talia sunt vt, si fieri potuisset, ne cuiquam quidem praeter quam nobismetipsis tecum loquentibus fuerimus crediturí, De his hortamur serenitatem tuam in Domino et uehementer ab ea contendimus ne quodcumque fuerit animi sui ac sententiae vllo alio interprete nobis significet quam Michaele ; sumus enim in his temporum fluctibus arte moderandis graui sollicitudine animi et laboribus distracti, et quanquam consilio occurrere periculis contendamus, vicit adhuc tamen omnem artem tempestas, cuius aliquando sedendae et componendae prima et maxima in Deo spes est secunda in Serenissimo Caesare, atque in eis deinde Principibus, quorum extat egregia in christianam rempublicam uoluntas, inter quos de te spem tantam concepimus, quantam virtus et indoles tua, tuorum maiorum in fidem christi pietas, in nobis excitarunt. Haec quam accuratis consiliis administranda sint profecto Serenitatem tuam non latet quae tibi sunt per dictum Michaelem exponenda, quem ut libenter et studiose audias, desque te in eam curam vt nobiscum et cum publico christianitatis bono, tua uelis coniun-

Digitized by Google

cta esse consilia, magnopere Serenitatem tuam in Domino adhortamur, nobisque hoc etiam gratissimum facias vt qui virtute fidelitate, suis propriis et egregiis animi dotibus, quas cum seruitio quod Tibi et Patri tuo merifice praestitit, cumque patris sui meritis et generis nobilitate coniunxit, futurus est apud te Michael ipse ornatus et gratiosus, is etiam causa nostra et contemplatione nostrae in eum singularis beniuolentiae sit ornatior. De quo ad altiores honorum gradus extollendo si quando cogitare incipiemus existimabimus id quoque, vt superioribus diebus scripsimus, ad tuam amplitudinem hoc est Regis et Domini sui gloriam pertinere. Quod cupimus serenitatem tuam apud animum suum diligentius cogitantem cum recte ratione et cum ueritate melius perpendere.

Datum Romae apud sanctum Petrum die vltima Julii MDXXV, Pontificatus nostri Anno Secundo. — *Ia. Sadoletus* [1].

Ferremus grauissime priuari nos consuetudine gratissimi ac probatissimi nobis hominis dilecti filii michaelis oratoris tui, nisi litterae ac nouus orator tuus nobis pollicerentur apud serenitatem tuam summo in honore futurum esse adeo ut speremus cognitis eius uirtutibus nobiscum certaturam esse in illo amando et beneficiis ornando — J —

Breve do Papa Clemente VII, dirigido a el-Rei.

1525—Setembro 5.

Clemens papa vii Carissime in christo fili noster salutem et apostolicam benedictionem.

Cum nuper dilectum filium Michaelem Sylua, oratorem apud nos tuum, aegre quidem et cum summa, vt par fuit, animi nostri molestia a nobis dimitteremus, nec studium et celeritatem eius parendi tibi atque ad te aduolandi voluissemus impedire, dedimus amori in illum nostro et singularibus meritis erga nos eius, vt (qualis vbique in Legatis dimittendis mos esset) si non cum munere, at cum spe aliqua muneris eum dimitte-

[1] ARCH. NAC., Maç. 26 de Bullas, n.° 22. *Estas linhas foram escriptas no fundo do breve pela propria mão de S. S.*

Digitized by Google

remus. Itaque et abeunti ei in verbo ac fide nostra duo Monasteria in tuo Regno primo vacatura promisimus, et (quod ex nostris litteris Serenitas tua perspiciet) ipsum Michaelem, cum primum dicta Monasteria vacarent, Iconomum nostrum et Camerae apostolicae ad capiendam eorum possessionem deputauimus. Qua in re, etsi effectui nostro seruiebamus, tamen rem haud indecoram nec ingratam tibi nos facere arbitrati sumus, in tuo oratore praesertim tali viro sacerdotiis, quae ad nos maxime pertinerent, ornando. Secuta est mox duorum Monasteriorum et vnius Prioratus per obitum bonae memoriae Didaci episcopi Funchaldensis uacatio, quam nobis primus nunciauit venerabilis frater Antonius Puccius episcopus Pistoriensis, aliquot antea diebus quam tuae super hoc litterae ad nos peruenissent, cui quidem Monasteria et Prioratum praedicta a nobis petenti, quanquam et in tempore potior et meritis erga nos magnis praeditus esset, tamen aperte tunc recusauimus, propter eam quam dicto Michaeli spoponderamus fidem ne ue eius iuri atque expectationi quoquomodo per hoc officeremus. Tuis uero postea subsecutis litteris, quibus eadem Monasteria et Prioratum fratri tuo concedi postulasti, hic aliquanto etiam magis hesitauimus, Nam, etsi tibi vt debemus praesertim in fratris tui persona placere summe cupiamus, nec studium placendi tibi nostrum aut Fratris tui aetas aut Monasteriorum numerus retardaret, tamen distracti necessario fuimus hinc tua auctoritate quam maximam ducimus, inde constantia et fide nostra nos in diuersum trahente. Inter quae aliquandiu ambigentes, deliberata mox re in eam cogitationem deuenimus vt simul tuae auctoritatis nostraeque fidei rationem habentes pinguius quidem atque vberius tuo fratri, Michaeli autem ipsi reliqua duo ita tamen concedamus vt, si tua Serenitas quo plures beneficio alliget, etiam dicto Antonio episcopo gratificari in eorum altero nos maluerit, hoc nostra etiam cum voluntate facere possit. Cum autem postea dilectus filius Martinus de Portugallo orator tuus nos requisierit vt hanc rem tandiu vellemus differre, quoad ipse et haec ad te scribere et responsum super his a te accipere posset, nos ei hoc perlibenter annuimus. Nam praeterquam quod tute, vt speramus, voluntatem nostram tua voluntate et aequitate confouebis, etiam dictum Michaelem, quem ad te hoc ipso tempore peruenturum esse aut peruenisse iam credimus, tuae quoque Serenitati id accaeptum referre cupimus, quam etiam confidimus dexteritate et prudentia hominis perspecta, multorumque eius meritorum recordatam, non haec modo

Digitized by Google

quae nos tribuimus habituram grata, sed alia etiam pro Regia animi tui magnitudine esse cumulaturam.

Datum Romae apud sanctum Petrum, sub annulo piscatoris, die v Septembris MDXXV, Pontificatus nostri anno secundo. — *Be. El. Rauennensis* [1].

Breve do Papa Clemente VII, dirigido aos Bispos de Lamego e de Vizeu.

1525—Outubro 4.

Clemens papa VII Venerabiles fratres et Dilecti filii salutem et apostolicam benedictionem.

Cum nuper pro bono pacis et anfractibus litium, quae inter Dilectum filium nostrum Alfonsum tituli sanctae Luciae in septem soliis diaconum Cardinalem, monasterii sancti Joannis de Tarrouca Cisterciensis ordinis Lauacensis *(sic)* diocesis perpetuum commendatarium, et dilectum filium Magistrum Franciscum Accursium, canonicum Basilice Principis apostolorum de vrbe, scriptorem et familiarem nostrum, super dicto monasterio ac illius regimine et administratione, quae dictus Franciscus etiam ad se de iure spectare asserebat, et super quibus idem Franciscus in Romana Curia coram diuersis causarum palatii apostolici Auditioribus contra certum aduersarium tunc in illo intrusum diutius litigauit, ortae fuerant seu oriri formidabantur, euitandis, per Dilectum filium Martinum a Portugalia, carissimi in christo filii nostri Joannis Portugaliae Regis Illustris Nepotem, et suum apud nos et sedem apostolicam oratorem, pro dicto Alfonso Cardinale agentem et praefatum Franciscum certa concordia inita fuerit, per quam praefatus Martinus se infra certum tempus mandatum ab eo Alfonso Cardinale ad consentiendum reseruationi pensionis annuae Tertiae partis fructuum dicti Monasterii, deductis expensiis necessaris et consuetis, praefato Francisco reseruande habiturum astrinxit, et in huius-

[1] ARCH. NAC., Maç. 18 de Bullas, n.° 8. *O documento 13 d'este maço é outro breve do mesmo teor.*

Digitized by Google

modi cuentum dictus Accursius liti, et cause huiusmodi, ac omni iuri sibi in monasterio, ac illius regimine, et administratione prefatis, seu ad illa quomodolibet competenti cessurus sit, et cum verus valor annuus fructuum monasterii huiusmodi, deductis expensis praedictis, hic ignoretur concordia huiusmodi non habita, ipsius veri valoris certa notitia debitum effectum sortiri non possit. Nos, quorum est quae concordie sunt fauore prosequi beniuolo, vt concordia ipsa debito effectui demandetur prouidere volentes, Fraternitatibus et Discretionibus vestris in virtute sanctae obedientiae vobis Fratres Episcopi, necnon excommunicationis per vos filii vicarii: nisi parueritis incurrenda poena, per praesentes committimus et mandamus quatenus de vero annuo valore dicti monasterii, deductis expensis veris, necessariis, et consuetis, etiam dispositiue de illarum distributione debite fideliter et diligenter inquiratis, et vos diligenter informetis, ac testes fidedignos recipiatis, et eorum desuper attestationes in publicam formam redigi faciatis, et sub inde informationem per vos habitam, ac processum desuper formatum et testium deponen. sub vestris patentibus litteris clausis, et vestris sigillis munitis, ac manibus notariorum publicorum subscriptis, ad nos per proprium, seu alium nuncium, fideliter transmittere curetis, vt habita de vero valore praedicto certa notitia concordia huiusmodi terminetur, nec plus aut minus, quam tertia pars fructuum praedictorum eidem Francisco assignetur: in contrarium facientibus non obstantibus quibuscunque.

Datum Romae apud sanctum Petrum, sub annulo piscatoris, die IIII Octobris MDXXV, Pontificatus nostri anno secundo. — *Ia. Sadoletus* [1].

[1] ARCH. NAC., Maç. 37 de Bullas, n.° 16.

Digitized by Google

Breve do Papa Clemente VII, dirigido ao Cardeal Infante D. Henrique.

1525—Outubro 6.

Clemens episcopus seruus seruorum dei dilecto filio Henrico ex Regibus Portugalie clerico vlixbonensi salutem et apostolicam benedictionem.

Alti sanguinis clarissima prosapia, necnon uite ac morum honestas aliaque laudabilia probitatis et uirtutum merita, super quibus apud nos fidedigno commendaris testimonio, nos inducunt vt illa tibi fauorabiliter concedamus, que tuis commoditatibus fore conspicimus oportuna. Cum itaque hodie tu, qui Prioratum Monasterii per Priorem gubernari soliti sancti Georgii ordinis sancti Augustini, Colimbriensis diocesis, ex concessione apostolica in commendam nuper obtinebas, commende huiusmodi per certum procuratorem suum ad id a te specialiter constitutum in manibus nostris sponte et libere cesseris, nosque cessionem ipsam admittentes Prioratum predictum, tunc certo modo quem pro expresso haberi voluimus vacantem, dilecto filio Martino a portugalia clerico Elborensi, familiari nostro, per alias nostras litteras commendari mandauerimus prout in illis plenius continetur. Nos tibi, qui ut asseris in Quartodecimo uel circa tue etatis Anno constitutus, ac charissimi in christo filii nostri Johannis Portugalie Regis Illustris frater germanus existis, ne ex cessione huiusmodi nimium dispendium patiaris, de alicuius subuentionis auxilio prouidere, premissorumque meritorum tuorum intuitu spetialem gratiam facere volentes, teque a quibusuis excommunicationis, suspensionis et interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris et penis a iure uel ab homine quauis occasione uel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existis, ad effectum presentium duntaxat consequendum, harum serie absoluentes et absolutum fore censentes, necnon omnia et singula beneficia ecclesiastica cura et sine cura, que etiam ex quibusuis dispensationibus apostolicis obtines et expectas, necnon in quibus et ad que ius tibi quomodolibet competit, quecunque, quotcunque et qualiacunque sint, eorumque fructuum, reddituum et prouentuum veros annuos ualores ac huiusmodi dispensa-

Digitized by Google

tionum tenores presentibus pro expressis habentes, Tibi quod dicto Martino cedente uel decedente seu prioratum predictum alias quomodolibet dimittente uel amittente et illo quouis modo vacante, etiam apud sedem apostolicam, liceat tibi ad prioratum predictum liberum habere regressum, illiusque corporalem possessionem per te, uel alium seu alios, propria auctoritate libere apprehendere, et tam tue prioris commende, quam presentium litterarum uigore, absque alia tibi desuper facienda commenda, in eandem commendam vt prius retinere in omnibus et per omnia per inde ac si commende huiusmodi minime cessisses constitutionibus et ordinationibus apostolicis, necnon Monasterii et ordinis predictorum iuramento, confirmatione apostolica, uel quauis firmitate alia roboratis statutis et consuetudinibus, ceterisque contrariis nequaquam obstantibus, auctoritate apostolica tenore presentium de speciali gratia indulgemus, decernentes ex nunc irritum et inane si secus super hiis a quoquam quauis auctoritate, scienter uel ignoranter, contigerit attemptari. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre absolutionis, indulti et decreti infringere, uel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attemptare presumpserit indignationem omnipotentis dei, ac beatorum Petri et Pauli Apostolorum eius, se nouerit incursurum.

Datum Rome apud Sanctum petrum Anno Incarnationis dominice Millesimo quingentesimo uigesimo quinto, Pridie Nonas Octobris, Pontificatus nostri Anno secundo. — *Hie. Vasionensis* [1].

Breve do Papa Clemente VII, dirigido aos Bispos de Castellamare e d'Alghero.

1525—Outubro 6.

Clemens episcopus seruus seruorum dei Venerabilibus fratribus Castellimaris et Algarensis Episcopis ac dilecto filio Officiali Colimbriensi.

Hodie cum dilectus filius Henricus ex Regibus Portugalie clericus Vlixbonensis, qui Prioratum Monasterii per Priorem gubernari soliti san-

[1] Arch. Nac., Maç. 2 de Bullas, n.° 11.

Digitized by Google

cti Georgii ordinis sancti Augustini, Colimbriensis diocesis, ex concessione apostolica in commendam nuper obtinebat, commende huiusmodi, per certum procuratorem suum ad id ab eo specialiter constitutum, in manibus nostris sponte et libere cessisset, nosque cessionem ipsam admittentes Prioratum predictum, tunc certo modo quem pro expresso haberi voluimus vacantem, dilecto filio Martino A portugalia, clerico Elborensi, familiari nostro, per quasdam commendari mandauissemus, nos eidem Henrico quod prefato Martino cedente uel decedente, seu prioratum predictum alias quomodolibet dimittente uel amittente et illo quouis modo vacante, etiam apud sedem apostolicam, liceret sibi ad dictum prioratum liberum habere regressum per alias nostras litteras indulsimus, prout in singulis litteris predictis plenius continetur. Quocirca discretioni uestre per apostolica scripta mandamus quatinus vos, uel duo aut vnus uestrum, si et postquam dicte posteriores littere nobis presentate fuerint, per vos uel alium seu alios faciatis auctoritate nostra eundem Henricum, uel procuratorem suum eius nomine, iure et facultate regrediendi et in euentum regressus huiusmodi possessione dicti Prioratus pacifice gaudere, non permittentes eum per quoscunque desuper quomodolibet indebite molestari, contradictores per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compescendo: Non obstantibus omnibus que in dictis posterioribus litteris voluimus non obstare, Seu si aliquibus communiter uel diuisim ab eadem sit sede indultum quod interdici, suspendi uel excommunicari non possint, per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam ac de uerbo ad uerbum de indulto huiusmodi mentionem.

Datum Rome apud Sanctum petrum Anno Incarnationis dominice Millesimo quingentesimo uigesimo quinto, Pridie Nonas Octobris, Pontificatus nostri Anno Secundo. — *Hie. Vasionensis* [1].

[1] Arch. Nac., Maç. 19 de Bullas, n.° 26.

Digitized by Google

Breve do Papa Clemente VII, dirigido aos Reis de Hespanha D. Carlos e D. Izabel.

1525—Novembro 13.

Clemens papa vii Carissime in christo fili noster et Dilecta in christo filia salutem et apostolicam benedictionem.

Exponi nobis nuper fecisti per dilectum filium Nobilem virum Ducem suessanensem, tuum, fili Carissime Carole Rex Romanorum et Hispaniarum in Imperatorem electe, apud nos et sedem apostolicam oratorem, quod vos pro conseruandis inter vos vestrosque consanguineos et affines praesertim ex sanguine regio descendentes, pacis et amicitiae foederibus, sicut et inter vestros etiam praedecessores etiam simili modo pro regnorum suorum conseruatione seruata fuerunt, desideratis inuicem matrimonialiter copulari. Sed quia, secundo ex eo quod duarum filii estis, ac alias tertio et quarto ex eo quod clare memorie Emanuel portugallie et algarbiorum Rex, tuus in christo filia Isabella genitor, et clare memorie Helisabet Hispaniarum Regina, tua fili Carole Auia, filii duarum sororum, et sic secundo consanguinitatis, Tuque in christo filia Isabella, et charissima in christo filia Joanna Hispaniarum Regina catholica, et mater tua, fili Carole, Tertio equali, sic que fili Carole et in christo filia Joanna tertio et quarto vt praefertur, ac etiam alio tertio et quarto ex eo quod praefatus emanuel Rex genitor tuus in christo filia Isabella, et clare memorie Maximilianus Romanorum Rex in Imperatorem electus Genitor clare memorie Philippi Hispaniarum Regis Genitoris tui, fili Carole, in secundo aequali gradu erant cum essent filii ex fratre et sorore, et praefatus Philippus Rex et tu in christo filia Isabella in tertio gradu equali; Sicque vos, fili Carole et in christo filia Isabella, tertio et quarto aequali vt praefertur, ac etiam alio quarto consanguinitatis equali, ex eo quod quondam Ferdinandus Infans Genitor praefati Emanuelis Regis et clare memorie Ferdinandus aragonum Rex auus tuus, fili Carole, secundo consanguinitatis cum essent nati ex fratre et sorore. Insuper Rex ipse Emanuel et praefata Joanna Regina Genitrix tua, fili Carole, in tertio consanguini-

Digitized by Google

tatis gradibus respective erant coniuncti, Ex quorum personis vos, fili Carole et in christo filia Isabella, in quarto consanguinitatis equali gradibus huiusmodi et forsam aliis prouenientibus, de quibus notitiam non habetis, infra tamen secundum consanguinitatis gradum, gradibus huiusmodi inuicem estis coniuncti, vestrum in hac parte desiderium adimplere non potestis, dispensatione super hoc non obtenta, Quare idem Ludovicus Dux et orator pro parte vestra nobis humiliter supplicauit, vt vobis super hoc de opportunae dispensationis gratia prouidere de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur, siqua alia impedimenta ratione consanguinitatis vel affinitatis huiusmodi, quorum forsan non recordamini, et forsan etiam notitiam non habetis, dummodo infra secundum gradum consanguinitatis et affinitatis huiusmodi fuerint, presentibus pro expressis habentes ex praemissis ac certis aliis causis nobis expositis, huiusmodi supplicationibus inclinati, vobiscum, quando etiam Tu in christo filia Isabella voluntarie huic rei accedis, vt praedictis et aliis forsan pro expressis habitis impedimentis consanguinitatis et affinitatis huiusmodi non obstantibus, matrimonium inter vos contrahere, et in eo postquam coniunctum fuerit remanere, libere et licite ualeatis, litteris nostris alias per nos super hoc in contrarium editis ac apostolicis, necnon in prouincialibus et synodalibus conciliis etiam editis, generalibus uel specialibus, constitutionibus et ordinationibus, caeterisque contrariis nequaquam obstantibus, auctoritate apostolica tenore presentium dispensamus, ac prolem ex huiusmodi Matrimonio suscipiendam legitimam nunciamus.

Datum Romae apud sanctum Petrum, sub Annulo Piscatoris, die XIII Nouembris MDXXV, Pontificatus nostri Anno Secundo. — *Ia. Sadoletus* [1].

[1] ARCH. NAC., Maç. 18 de Bullas, n.º 7. *Diz o sobrescripto:* Carissimo in christo filio nostro Carolo electo Imperatori Hispaniarum ac Regi catholico, et Dilectae in christo filiae Nobili mulieri Isabellae clarae memoriae Emanuelis Portugalliae et Algarbiorum Regis Natae.

Digitized by Google

Breve do Papa Clemente VII, dirigido a el-Rei.

1526—Março 23.

Clemens papa VII Carissime in christo fili noster salutem et apostolicam Benedictionem.

Intelleximus ex dilecti filii Michaelis de Sylua, olim oratoris apud nos tui, ac preterea legati in Hispania nostri, litteris tui quoque oratoris, et omnium fere sermone, nuper ipsum Michaelem tuo munere ac benignitate ad ecclesiam Visensem fuisse uocatum; quod quanto nos gaudio affecerit haud satis possumus explicare, siue enim illius honor ac dignitas nobis semper optata, siue tuum de homine iudicium et declaratio uoluntatis, siue etiam ipsius ecclesiae Visensis commodum et honestamentum, se nobis offerebant, omnia erant huiusmodi ut mirifice nobis essent iucunda et grata, Cum non solum ex pastorali officio atque persona rem probaremus, uerum etiam priuato affectu ac letitia susciperemus, Facit enim ipsius Michaelis uirtus, ac fides, multorum annorum usu multisque in rebus perspecta a nobis et cognita, ut eius amplificatione, qui in nostram totus incubuit, iure letemur. Verum in his omnibus sicuti apud illum, ita et apud Nos facile eminet tuae in eum beniuolentiae et uoluntatis declaratio, quae illi ac nobis munere quoque ipso charior est cui cum accesserit etiam gratia celeritatis, nec potueris benignitatem tuam diutius in hominem de te benemeritum differe aliquanto ille magis tuae Serenitati debet, et nos id iucundum accepimus, Qui nec illud quoque obliuisci possumus quod ad tuam in illum paratam liberalitatem nostrae commendationis cumulum uisus es libenter adiecisse, Quare hoc tuum munus et iudicium animi nostri letitia et affectu comprobantes, sumus libenter nominationem ipsam, quae Tibi honori, nobis gaudio, et illi ecclesiae futura est ornamento, admissuri, id quod cupide expectamus. Interea quidem ita erga Serenitatem tuam ex hac re affecti et animati, ut quam iudicio et gratitudine summe in hoc usam intelligimus, etiam huius Sanctae Sedis nomine de hoc commendemus, et priuato nomine gratias ei agamus, sperantes etiam Serenitatem tuam his initiis suae liberalitatis

Digitized by Google

et Regiae celsitudinis exorsam contexturam cum primis caetera et ipsius Michaelis uirtute ac fide in dies magis perspecta, amorem quoque et benignitatem suam in illum aucturam esse, nec permissuram vt is plus meruisse quam tua serenitas grata in eum fuisse uideatur.

Datum Romae apud sanctum Petrum, sub Annulo Piscatoris, die XXIII Martii MDXXVI, Pontificatus Nostri Anno Tertio. — *Be. El. Rauennensis* [1].

Breve do Papa Clemente VII, dirigido a el-Rei.

1526—Março 27.

Clemens papa VII Charissime in christo fili noster salutem et apostolicam benedictionem.

Inducti nuper meritis et virtutibus dilecti filii Antonii Tellez, cubicularii nostri secreti, Prioratum Monasterii Sanctae Mariae de Costa, ordinis Sancti Augustini, Bracharensis diocesis, commenda eius per obitum bone memorie Johannis Episcopi Visensis, extra Romanam Curiam defuncti, cessante, per alias nostras sub plumbo confectas litteras ei commendauimus, firma etiam spe freti gratiam hanc nostram in personam dicti Antonii (cuius et eius genitoris praeclaram fidem et deuotionem erga Serenitatem tuam esse audiebamus) collatam, etiam Serenitati tuae acceptum fore. Quam licet pro suo officio singularique bonitate eisdem litteris nostris solitam executionem ac debitum fauorem non denegaturam speremus, tamen paterne et studiose hortamur ac requirimus in domino vt litteras apostolicas commendae huiusmodi dicto Antonío per nos concessas oportunis fauoribus prosequi, et executioni demandari facere, Ac deinceps ipsi Antonio, qui tuae Serenitatis natura et voluntate deuotissimus est, omnibus in negotiis et rebus suis honestis gratiam et benignitatem tuam accomodare velis. Id tuae Regiae celsitudini et in tuos gratitudini congruens, et nobis erit gratum.

Datum Romae apud sanctum Petrum, sub annulo piscatoris, die XXVII Martii MDXXVI, Pontificatus nostri anno tertio. — *Be. El. Rauennensis* [2].

[1] ARCH. NAC., Maç. 26 de Bullas, n.° 23.

[2] *Ibi*, Maç. 19 de Bullas, n.° 6.

Digitized by Google

Carta de D. Martinho de Portugal a el-Rei.

1526—Junho ...

Senhor. — Beijo as mãos de Vossa alteza polla merce que me fez em me mandar trazer minha pobreza. Francisco eanes chegou a ciuita no começo de Junho: se elle não fora, o seu recado, segundo os tempos, não chegara qua. Foi lhe necesario pelejar com huas duas galés d andré doria, a que matou xiii homes. Ouue se asi bem que quis o papa uelo polla emformação que lhe dele deu o mesmo andré doria, que agora hee capitão geral do mar da egreja. Des que o vio lhe dixe alguas cousas que dixese de sua parte a Vosa alteza. Hee boa testemunha desta guera, que, segundo os aparelhos, nem a de Julio nem de lião a quiserão aremedar, porque carta nem homem pode sair desta cidade. Nela ha gente feita, e face cada dia. Pareceo me rezão, e a elle pollo que uio, deixar me cinco berços dos que trazia no nauio. Como esta furia pasar os mandarei: aja o Vosa alteza, por me fazer merce, por seo seruiço. Não ha cardeal nem homem que se não faça forte, e que não recê ser saqueiado. Agradeça Vosa alteza, por me fazer merce, ao dicto francisco eanes seu seruiço, porque e pollos taes não poso leixar de desejar de lhe uer bem: qua ao menos, des o papa ate todos que o uião, lhe chamauão o caualeiro, porque o foi naquelle dia.

De roma aos de junho de 1526. — *Dom Martinho de Portugal* [1].

[1] Arch. Nac., Gav. 15, Maç. 2, n.° 27.

Digitized by Google

Breve do Papa Clemente VII, dirigido a el-Rei.

1526 — Junho 28.

Clemens papa VII Carissime in christo fili noster salutem et apostolicam benedictionem.

Egre quidem et non sine magno animi nostri dolore, sed necessario tamen ad ea armorum consilia confugere coacti sumus, ad quae ne ueniremus hucusque semper studuimus Si enim, vt officium boni pastoris et communis patris postulat, communem quoque totius christianitatis pacem, et tranquillitatem, si libertatem Italiae, si nostram, et sanctae huius sedis dignitatem auctoritatemque procurare et tueri uelimus, postea quam quibusuis mitioribus remediis nihil adhuc proficere potuimus, ad extremam hanc deliberationem descendere necesse nobis fuit, non quidem offendendi cuiusquam causa, sed defendendae iustitiae, et nostri officii ac debiti praestandi. De quo nostro consilio et deliberatione cum copiose cum dilecto filio Martino de portugal, oratore tuo, locuti simus, eique iniunxerimus vt ea omnia particularius diffusiusque ad serenitatem tuam scriberet, quo ipsa mentem et voluntatem nostram clarius cognosceret. Hortamur eam in Domino vt illi de his rebus ad te scribenti fidem praestare velit. Deinde vt tu quoque pro ea virtute et propensa ad omne bonum mente, qua serenitatem tuam plurimum ornatam Deus esse voluit, apud eos Principes, ad quos praecipue spectat, quo idem vniuersale christianitatis commodum, relictis aliquantisper priuatis cupiditatibus amplectantur procures. Quod erit nobis quam gratissimum, Deo autem ipsi peracceptum.

Datum Romae apud sanctum Petrum, sub annulo piscatoris, die XXVIII Junii MDXXVI, Pontificatus nostri anno tertio. — *Ia. Sadoletus* [1].

[1] ARCH. NAC., Gav. 15, Maç. 2 n.° 25.

Digitized by Google

Carta de el-Rei D. João III ao Papa Clemente VII.

1526—Junho 28.

Sanctissimo in Christo Patri ac Beatissimo Domino Domino nostro Eius Sanctitatis devotissimus filius Joannes, Dei gratia Rex Portugalliae et Algarbiorum citra ultraque mare in Africa, Dominus Guineae, et expeditionis, navigationis, ac commercii Aethiopiae, Arabiae, Persidis, atque Indiae, humillima beatorum pedum oscula.

In quanto discrimine Res Ungarica sit, quantique afferantur terrores a Turcis, ut non solum paratum, verum etiam illatum bellum, pene iam esse videatur, tum ex literis Beatitudinis tuae, exemplisque aliarum literarum, ac ipsius quoque Ungariae Regis significatione, tum ex iis, quae Michael Sylvius consiliarius et scriba noster ab archanis nobis tuo nomine miserabiliter retullit, cum summo animi nostri dolore intelleximus. Quam, nos calamitatem fortissimae nationis, Regisque non solum Christiani, sed etiam amici et pernecessarii dum ad tantas rerum omnium difficultates animum advertimus, cum praesertim videamus a nobis subsidium alienissimo tempore peti, cum sponte nostra per nos ipsi vehementer dolemus, tu his literis Beatitudinis tue, et commemoratione miseriarum et periculorum, magna accessio facta est dolori nostro. Nam haec veluti quaedam sanies iamdiu collecta, cum tandem in ulcus eruperit, recrudescere dolorem meum fuit necesse. Qui enim fieri potest, cum hoc tantum malum tam late serpat, ut totum christiane Reipublice corpus brevi (ni Deus prohibeat) pervasurum esse videatur, ut mihi per inde, atque ipsius membro res communi omnium causa non maximum dolorem afferre debeat? Sed in his malis, tantaque desperatione rerum, hanc tuam vigilantiam et liberalitatem, quam praestas, Deus ipse tanquam signum aliquod ad non penitus desperandum de Republica christiana substulisse mihi videtur, quam nos salutiferam curam tuam, etsi ex officio pastorali, tibi peculiariter incumbat, non possumus non valde admirari, summisque laudibus in coelum ferre. Deinde a te etiam vehementer contendimus ut quod adhuc fecisti, et nunc facis constantissime perficias ut quam-

Digitized by Google

plurimorum subsidia primo quoque tempore illuc mittantur et contrahantur, ne haec calamitas latius pervagetur. Cui eo diligentior cura adhibenda est, quo nostra est negligentia et culpa maior: Sed quando ea sunt tempora ut magis facto quam consilio opus sit. Venio iam ad id quod scribis de subsidio pecuniario: vellem profecto (Deus mihi testis est) eam in presenti mihi facultatem contingere ut publicis Christiani nominis hostibus non solum Boemum militem, aut aliumquemvis mea conductum pecunia, qui illorum impetum substineret, quod tu Rexque ipse a me petitis, verum etiam me, meumque pectus pro salute Christiani Regis ac Religionis dignitate liceret opponere, Quod utique mihi gratissimum non sine maximo praemio mihi facere viderer. Quod enim per Deum immortalem Christiano Principi maius ullum praemium quam in Deum pietas? Cuius amor, tuisque paternis ac sanctissimis cohortationibus obtemperandi voluntas et quasi hereditarum mihi et veluti per manus traditum Christianae Religionis propagandae desiderium, quantum per aerarii nostri inopiam licuit, reliquas omnes difficultates, quas tibi cunctisque mortalibus notissimas esse intelligo, facile superavit. Itaque summa cum diligentia in Ungariam mittimus Leonellum de Brito nobilem ex aula nostra, hominem diligentem et fidei perspectae, qui maximis itineribus illuc advolet, cui literas ad Regem ipsum et ad nuntium item tuae Beatitudinis dedimus, alteras ut Regem magnum animum, optimamque spem habere hortaremur, et quibus verbis possemus, ad se Regnumque suum defendendum confirmaremus, alteras ut illic communi consilio tuo nostroque res ipsa peragatur. Pecuniae insuper tantum mittimus, quantum in praesentia possumus, summam certe mininam tanto bello gerendo at magni aestimandam, vel ob hoc unum quod animo desiderioque meo longo intervallo minor quam sit esse videatur. Quo ego etiam onere ut me levarem potui commemorare tot urbes in Africa partim freto herculeo, partim occano interiecto, tot in India citra et ultra Gangem in Perside, ultraque auream Chersonessum non mari solum, verum etiam alio veluti orbe a nobis dissitas ad quas fidem christi classes meae preciosissimam veluti mercem quotidie important, contra tot hostes meo milite meisque sumptibus substentatas Quarum gentium commerciis non imus inficias ditiores nostros fiere, illud tamen velim tibi persuadeas, earum divitiarum magnam partem tum classes ingentes, tum stipendia militum meorum absorbere, plusque ibi sanguinis lusitani pro fide Christi effundi, quam lucri ad me re-

Digitized by Google

portari. Adde ad haec amplissimam dotem, qua sororem nuper meam Carolo Imperatore collocavi, quae quamlibet magnum aerarium exhaurire potuerit. Haec atque alia sexcenta possem commemorare, nisi et ad te haec ipsa nimis multa essent, et mihi statutum in animo esset, nullum publicum onus pro fide Christi privata ulla causa subterfugere. Tu vero, Pater Beatissime, incumbe per Deum immortalem in eam curam et cogitationem, ut caepisti, quae tibi, populoque Christiano summam dignitatem et gloriam afferet, nec quicquam de diligentia remittere debes: his enim temporibus difficillimis Reipublicae, et praecipue post tantam Principum discordiam, quando cum maxime credebamus in multa secula Christianum populum moetu et calamitate liberatum, novi hi timores retexunt superiora, quibuscumque rebus potest occurri hostibus occurras, nec desistas etiam nobis invitis, tamquam aegro corpori bonus medicus, omnem medicinam adhibere, immo magis quicquid enim sic subveneris id erit totum et proprium tuum. Vale.

Datum in Oppido nostro Sanctaren., decimo quarto Kalendas Julias, anno natalis Dominici MDXXVI. — Jo el Reye *(sic)* — M. Sylvius [1].

Bulla do Papa Clemente VII, dirigida a D. Manuel de Noronha.

1523 — Outubro 5.

Clemens episcopus seruus seruorum dei dilecto filio Emanueli Norogna, clerico funchalensi familiari nostro, salutem et apostolicam benedictionem.

Grata familiaritatis obsequia, que nobis hactenus impendisti et adhuc sollicitis studiis impendere non desistis, necnon vite ac morum honestas, aliaque laudabilia probitatis et virtutum merita, quibus personam tuam tam familiari experientia quam etiam fide dignorum testimoniis inuari percepimus, Nos inducunt vt te specialibus fauoribus et gratiis pro-

[1] Copia authentica extrahida do Archivo do Vaticano.

Digitized by Google

sequamur. Dudum siquidem cum tu asserens tibi alias de parrochiali ecclesia sancti Christophori de Nogueira, Lamacensis diocesis, tunc certo modo vacante, apostolica auctoritate prouisum fuisse, omni iuri tibi in eadem ecclesia vel ad illam quomodolibet competenti illius possessione per te non habita, in manibus felicis recordationis Leonis pape x predecessoris nostri sponte et libere cessisses, et dictus predecessor cessionem huiusmodi admittens de eadem ecclesia, tunc certo modo vacante, quondam Johanni Brauo, olim dicte ecclesie Rectori tunc in humanis agenti, per quasdam prouidisset idem predecessor tibi quod, dicto Johanne cedente vel decedente, et in certos alios tunc expressos euentus, liceret tibi ad dictam ecclesiam liberum habere regressum seu accessum, per alias suas litteras indulsit, prout in singulis litteris predictis plenius continetur. Cum autem, sicut exhibita nobis nuper pro parte tua petitio continebat, post concessum tibi indultum predictum, et ante obitum prefati Johannis, in dicta ecclesia vna Preceptoria Militie Jesu christi in Regno Portugalie instituta apostolica auctoritate erecta fuerit, ita quod erectio huiusmodi, cedente vel decedente dicto Johanne, effectum sortita esset et esse censeretur, et ab aliquibus hesitetur an propter erectionem predictam indulto tibi concesso huiusmodi preiudicatum existat, Nos tibi, qui etiam Cubicularius secretus ac continuus commensalis noster, et, vt asseris, de nobili genere procreatus existis, ac indulti huiusmodi vigore regressum seu accessum ad dictam ecclesiam habuisti, ac illius possessionem forsan assecutus fuisti, ne propterea indulti huiusmodi frustreris effectu prouidere teque premissorum obsequiorum et meritorum tuorum intuitu gratioso fauore prosequi volentes, et a quibusuis excommunicationis, suspensionis et interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris et penis a iure vel ab homine, quauis occasione vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existis, ad effectum presentium dumtaxat consequendum, harum serie absoluentes et absolutum fore consentes, necnon omnia et singula beneficia ecclesiastica, cum cura et sine cura, que etiam ex quibusuis dispensationibus apostolicis obtines et expectas, ac in quibus et ad que ius tibi quomodolibet competit, quecunque, quotcunque et qualiacunque sint, eorumque fructuum, reddituum et prouentuum veros annuos valores, et huiusmodi dispensationum tenores, presentibus pro expressis habentes, tuis et Carissimi in christo filii nostri Johannis Portugalie et Algaruiorum Regis illustris, qui etiam prefate Militie Magister

Digitized by Google

existit, in hac parte supplicationibus inclinati, per erectionem predictam indulto tibi concesso huiusmodi minime preiudicatum fuisse, ita tamen quod te decedente et ecclesia predicta per obitum tuum vacante, etiam apud sedem apostolicam, et non alias, erectio predicta suum plenarium effectum sortiri debeat in omnibus et per omnia, per inde ac si regressui seu accessui huiusmodi locus non fuisset, liceatque dicto Magistro de ea disponere vt prius, auctoritate apostolica tenore presentium decernimus et declaramus: Non obstantibus premissis, ac Constitutionibus et ordinationibus apostolicis, necnon dicte Militie iuramento, confirmatione apostolica vel quauis firmitate alia roboratis, statutis, stabilimentis, vsibus et naturis, ceterisque contrariis quibuscunque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre absolutionis decreti et declarationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attemptare presumpserit indignationem omnipotentis dei, ac beatorum Petri et Pauli Apostolorum eius, se nouerit incursurum.

Datum Rome apud Sanctum petrum Anno Incarnationis dominice Millesimo quingentesimo uigesimo sexto, tertio nonas Octobris, Pontificatus nostri anno tertio [1].

Breve do Papa Clemente VII, dirigido a el-Rei.

1526—Outubro 18.

Clemens papa vii Carissime in Christo fili noster Salutem et Apostolicam benedictionem.

Credimus non ignorare Serenitatem tuam quo in statu nunc sint christianitatis res, ancipiti uidelicet et periculoso, nam, et bellis inter nos impliciti, et Turcharum Rege occupata prorsus Ungharia, Italiae tam imminente, quid nobis bonae spei ad praesidia nostrae reliquiae salutis ostendatur (?) plane nil uidemus. Quamquam nos illi Regno misero, atque infelici, quibus potuimus auxiliis opitulati sumus, atque, ut constat et tibi constabit testimoniis eorum, qui illas res bene nouerunt, nostra prae-

[1] Arch. Nac., Maç. 2 de Bullas, n.° 3.

Digitized by Google

sidia, nostrae copiae, nostri Milites, aut impedimentum Turcis non mediocre fuerunt, aut illorum certe impetus sua clade et sanguine sunt remorati, sed siue ob hostium inenarrabilem potentiam, siue quod Deus id quod potius timemus nostris peccatis aduersus est, victis et confractis repagulis omnibus, illud est Regnum in hostium Infidelium potestatem redactum; accidit illud nobis illa Regna seruare et defendere cupientibus incommodum, quod bello eramus in Italia implicati, non tam quidem contra Caesaris Serenitatem, nihil enim ab ipso certi mali aut pernicie Italiae parari putamus, quam aduersus illius Exercitum et Duces, qui statu Mediolani occupato omnibus caeteris similem terrorem suae nimie cupiditatis insciebant, cuius belli per nos suscepti, si tibi reddenda esset a nobis ratio, aut si tu clades, rapinas, direptiones, detrimenta miserae Italiae perspicere potuisses, non dubitamus quin iustissimam, vel potius necessariam causam nostram judicaturus fueris. Exercitum quidem Caesaris sine stipendio tandiu retentum omnium bonis et fortunis illi in praedam oblatis, qua licentia, quotque iniuriis in imbecilles populos usum fuisse putandum, sic potest per se tua Serenitas cogitare. Nos igitur ad liberationem afflictae Italiae arma sumpsimus, ut sumus arbitrati pia et justa, nec quidquam nos aliud spectasse quam salutem, et communis omnium gentium Patriae Italiae, testimonio est quod nihil in victoria ad nos emolumenti perveniri pacti sumus, sed tantum Pastoris et defensoris Justitae Officio fungi voluimus, contra autem ipsum Caesarem, eiusque res legitimas, atque proprias ita nihil vnquam sumus damni machinati. Ut cum superioribus diebus columnensibus subditis nostris quidem, sed nobis parum fidis arma in manibus ad Portas Urbis nostrae tenentibus nos quoque firmam manum militum comparuissemus, qua illis facile superiores in Neapolitanum Regnum intrare, et omnia turbare, ac labefactare potuissemus, simulataque fides est nobis per columnenses data eos arma esse deposituros, nihilque contra nos, et statum nostrum tentaturos statim omnia armata praesidia dimisimus; quoque in parte si inimico animo fuissemus in Caesarem bellum flagrare et vigere oportebat ea ex parte summam pacem fecimus; ergo in hoc statu Res nostrae erant, cum est ad nos de Regis Ungariae morte, et eius exercitu cesso, ac de Turcarum Victoria allatum, quo nuntio perculsi cum cerneremus, nisi apta remedia quererentur, omnia in unam ruinam procubitura, statim caepimus consilium inspirante Domino quacumque ratione arma nostra deponendi, ac

Digitized by Google

jusso accersivi Ugoni de Moncada Caesaris Capitaneo induciarum tempus constituendi. Quo interea nos metipsi ad Carissimos in Christo filios nostros Caesarem, et Christianissimum Regem accedere, et efflagitare inter illos pacem auxilium labanti Christianae Reipublicae petere, atque obsecrare iram Dei denunciare omnia denique tentare, et agere, quae ad perfectum pacis necessaria essent Valeremus non nostro incommodo, non populorum nostrorum, non periculis ullis, aut Maris, aut Terrae nostram piam voluntatem deterrentibus. Hac re sic deliberata postero die mane, Advocato venerabilium fratrum nostrorum Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalium Consistorio, significavimus illis huius suscipiendi itineris mentem nostram, quae cum ab omnibus fuisset approbata silentium tunc illis indiximus. Vespere autem eiusdem diei, Vocatis Oratoribus omnium Principum, qui apud nos erant, eamdem voluntatem nostram illis aperuimus, inter quos dilectus filius Martinus de Portugallia Serenitatis Tuae nepos, cuius virtus, industria, prudentia nobis cum saepe alias tum maxime in hoc omnium periculosissimo tempore satisfecit, optimus potest sibi esse Testis, qui in Consiliis periculisque nostris omnibus labore, diligentia, Consilio assiduus intervenit, et hactenus, quae Dei erant. Cum ecce postridie summa mane tumultuosissimus nuntius ad nos venit Columnenses oblitos fidei, quam nobis dederant, iniquissima mente et voluntate Duce iam dicto Ugo de Moncada Caesaris Capitaneo cum magna manu esse ad vrbis Portas, iamque ingressos menia ad personam nostram vel necandam vel captivandam praeproperos advolare. Quo motu subacti continuo ad Arcem Sancti Angeli nos recepimus, atque illi noctu longissimo confecto, cum in palatium venissent, atque ibi personam nostram non invenissent, ad caedes, direptionesque conversi sunt. Quo in spectaculo acerbo, et lugubri, quid est quo pro calamitate tanti mali scribere apte possimus cum oculis nostris videremus trahi, rapi, ferri omnia tam sacra quam prophana quamque in eiusmodi loco, quid potius esse prophanum, cum templum illud sanctum et Venerabile Beati Petri, quod caput, quod domicilium, quod fundamentum Christianae Religionis semper habitum est, Hispanorum aliorumque, qui cum illis erant manibus cruentis videremus diripi, aras sanguine foedari, omnia sacrorum misteria distrahi et dilaniari, necnon antiquum sacrarium in Palatio, in quo rem divinam perpetuo Romani Pontifices celebrare soliti erant, ita cultu, et apparatibus ornatum, ut tamen in eo plus reverentiae et sanctitatis quam divitia-

Digitized by Google

rum esset omnibus ornamentis, nullo sacramento Religionis cupiditatem retardante vidimus spoliatum. Quibusque templis et sacris rebus, neque Gothorum quondam nimis ferae mentes, neque Vandalorum Christo non parentium infidelitas, cum in haec eadem loca barbarae illae gentes per vim invasissent, ullam iniuriam, ullum detrimentum propter reverentiam sanctitatis attulerunt Domini Christi nomen, et Caracterem preferentes nullam in partem pepercere eis ducentibus, atque hortantibus, quos maxime aegreferre tam atrox delictum et facinus oportebat. Nec hic illorum immanitas constitit sed discussionibus factis cum plurimae Domus praedae fuissent datae, cumque alias plures idem incommodi sensuras cerneremus, ita dolore victi et afflictae Urbis misericordiae affecti fuimus, ut potius ad Conditiones (?) devenire quam tam acerbum spectaculum diutius intueri sustineremus, magna quidem nostra et Sanctae Sedis Apostolicae indignitate, sed de duobus maximis malis quod minus malum fuit duximus eligendum. Itaque ad pactiones descendimus, ut utrinque arma in Italia suspenderentur, quod nos quidem iam velle facere, fueramus professi, sed magnus tamen in eo dolor, quod uoluntate faciebus *(sic)* id per vim facere videri, ut eis omnibus, qui in eo insultu contra nos et Sedem Apostolicam ignosceremus, quod etiam concessimus conditione apposita, quam tamen conditionem, nec illi servaverunt, neque ut apparet sunt servaturi. His pactis conditionibus illa procella summi periculi tum a nobis depulsa est, sed tam subito et insuperato incommodo consilium nostrae profectionis sublatum videbatur dissuadentibus fere omnibus, ut ab itinere desisteremus, quod iam nullam habituram esset dignitatem, nec optati exitus pacis conciliandae gratiam, Stetimus igitur ancipites, et vehementer dubii quid nobis esset agendum. Haec linquere uti erant sic turbata parum cautum ad conficiendam pacem, non accedere parum pium videbatur. Cum re denuo cum Venerabilibus fratribus nostris communicata hoc consilium captum est, ut mitteremus ad omnes Reges Unghariae, et necessitatem pacis, et nostrum, et quoque casum significarent, ac si coerentibus eorum ad pacem et studium Concordiae voluntatibus aliquis eligeretur locus, in quo fieri Commune Regum colloquium inter ipsos posset vosmet denuntiarent ad illud colloquium esse venturos, ac alii ad alios destinati sunt, ad te vero fili Carissime non habuimus dexteriorem prudentiorem nuncium, quem mitteremus, quam tuum ipsius Oratorem, cuius omni hoc tempore summa erga nos, et hanc sanctam sedem Officia

Digitized by Google

extiterunt, ille enim nullo labore recusato saepe inter nos et Ugonem iam dictum cum nec gladiorum, nec licentiae militaris periculum quod illis a cupidis praedae et sanguinis militibus imminebat illius pietatem, et operam retardaret omni sollicitudine, omni studio et opera conatus est, ut et illorum crudelem uim mitigare, et nos ad compositionem cum illis adduceret, cui quantum debeamus vix possumus explicare; certe, nisi eius industria et auctoritas intercessisset, aliquod maius malum illo die fuisset patratum cum igitur et testis fidelis et prudens expliciter, et optima mente atque animo in Christi rem praedictus a nobis esset iudicatus eum in secreto Consistorio iussimus introduci, ac illum obtestati sumus, et iter hoc necessarium ad te pro christiana republica, et Dei optimi maximi fide, ac pro nostra dignitate susciperet, quam petitionem nostram omnium Venerabilium fratrum nostrorum preces sunt subsequutae, atque ipsi ut est in omni labore promptissimus, et si durius aliquantum ducebat sine tuo jussu a sua legatione discerere, tamen, tanto consensu nostro et senatus Apostolici victus, ac optime existimans serenitati tuae pro tuo eximio animo in rem Christi et publicam id non solum probatum, sed gratum etiam futurum, concessit nostrae voluntati, atque hunc quoquo post alios multos laborem ad te proficiscendi, et ad serenissimum quoque Caesarem suscepit, ad quem quamquam ea per alios curavimus proferri nostra desideria; tamen in ipso suo Oratore maximum momentum illius movendi et suadendi posuimus. Quae autem a tua serenitate requirimus et haec sunt Primum ut quod ad pacem communem, et remedium adversus crudelissimum hostem parandum pertinet in eo velis omnem vim adhibere, et virtutis et auctoritatis et potentiae tuae. Deinde, si alia ratio negotii conficiendi expeditior non occurrat, diem et locum et modum velis constituendum curare suadendo hoc Caesari, et si etiam tibi videatur Christianissimo Regi, ut colloquium sanctum et salutare fieri possit, sicut nos quoque ambos, eosdem Reges non solum hortamur per nuncios nostros verum et obsecramus nos enim serenitati tuae pollicemur, si huius optati colloquii data erit facultas nos prontissimo et libentissimo animo illuc accessuros, personamque nostram omnibus periculis pro Dei et fidei Christi vtilitate, et causa obiecturos Quod ita maxime fieri cupimus ut etiam interveniat si posset fieri serenitas tua, vel Oratrix Concordiae, vel conditionum confirmatrix quod tua maxime auctoritate poterit effici; nec tamen arbitramur factum ullum praeclarius aut gloriosius posse a te hoc

Digitized by Google

tempore suscipi dignum tua et parentis tui gloria, qui quidem tuus Pater cum omnem aetatem suam in re Christi et Religionis Christianae propagatione consumpserit, tantaeque laudis haereditatem tibi reliquerit. Advenit nunc tempus non optabile illud quidem, sed tamen tibi quid accommodum, quo brevi spatio uno maximo, et opportunissimo pacis opere et consilio illius perpetuam et eximiam laudem ex multis pietatis operibus acquisitam possis adaequare, debes autem hoc adeo, et eis divinis muneribus, ac beneficiis, quae sibi ab illo collata multa et magna sunt. In quem si parum gratus reperire timenda illius ira indignatioque esset: Porro res Christianae in eum locum adductae sunt ut aut celeri remedio maximis vrgentissimis non iam periculis sed cladibus occurrendum sit aut nullum, posthac futurum sit remedium, cuius remedii inveniendi nos summam quandam spem et opinionem in tua serenitate ponimus, quae ne nos fallat etiam atque etiam te per viscera misericordiae Dei nostri obtestamur. Sed de his copiosiora mandata ipsi tuo Oratori ad te perferendum dedimus, cui Serenitas tua circa hoc referenti fidem summam habebit.

Datum Romae apud sanctum Petrum, sub annulo Piscatoris, die XVIII Octobris MDXXVI, Pontificatus nostri anno Primo *(sic)* [1].

Bulla do Papa Clemente VII, dirigida a el-Rei.

1526—Novembro 21.

Clemens episcopus seruus seruorum dei Carissimo in christo filio Johanni Portugalie et Algarbiorum Regi Illustri Salutem et apostolicam benedictionem.

Gratie diuine premium et humane laudis preconium acquiritur, si per seculares Principes ecclesiarum prelatis, presertim Pontificali dignitate preditis, opportuni fauoris presidium et honor debitus impendatur. Hodie

[1] Bibliotheca da Ajuda—Symmicta—Tom. 39 f. 18. *Não encontrámos o breve original, nem transumpto algum correcto: preferimos, comtudo, publicar esta copia, apezar de todos os seus defeitos, que não tentámos corrigir, a omittir um documento interessante para a historia d'esta época.*

Digitized by Google

siquidem ecclesie Visensis, tunc per obitum bone memorie Johannis, olim Episcopi Visensis, extra Romanam Curiam defuncti, pastoris solatio destitute, de persona dilecti filii Michaelis electi Visensis, nobis et fratribus nostris ob suorum exigentiam meritorum accepta, de fratrum eorundem consilio apostolica auctoritate prouidimus, ipsumque illi in Episcopum prefecimus et pastorem, curam et administrationem ipsius ecclesie sibi in spiritualibus et temporalibus plenarie committendo, prout in nostris inde confectis litteris plenius continetur. Cum itaque, fili Carissime, sit virtutis opus dei ministros benigno fauore prosequi, ac eos verbis et operibus pro Regis eterni gloria venerari, Maiestatem tuam Regiam rogamus et hortamur attente quatenus eundem Michaelem electum, ac ecclesiam predictam sue cure commissam, habens pro nostra et apostolice sedis reuerentia propensius commendatos, in ampliandis et conseruandis iuribus suis sic eos tui fauoris presidio prosequaris, quod idem Michael electus tui fauoris fultus auxiliam in commisso sibi dicte ecclesie regimine possit deo propitio prosperari, ac tibi exinde a deo perennius vite premium et a nobis condigno proueniat actio gratiarum.

Datum Rome apud Sanctum petrum Anno Incarnationis dominice Millesimo quingentesimo uicesimo sexto, Undecimo Kalendas Decembris, Pontificatus nostri Anno Tertio. — *A. Gratia Dei* [1].

Breve do Papa Clemente VII, dirigido a el-Rei.

1526 — Dezembro 9.

Clemens papa VII Charissime in christo fili noster salutem et apostolicam benedictionem.

Cum nuper nos consyderatione Maiestatis tuae regiae nobis super eo studiose supplicantis ecclesiae Visensis, tunc per obitum bonae memoriae Joannis olim Episcopi Visensis, extra romanam curiam defuncti, pastoris solatio destitutae, de persona dilecti filii Michaelis Electi Visensis de fratrum nostrorum consilio apostolica auctoritate prouiderimus, praeficiendo

[1] Arch. Nac., Maç. 18 de Bullas, n.º 44.

Digitized by Google

ipsum illi in Episcopum et pastorem, ac secum et omnia et singula monasteria et beneficia ecclesiastica, quae tunc obtinebat vt prius quoad viueret obtinere, ac pensiones annuas quas percipiebat percipere valeret, inter alia dispensando sibique per quasdam in forma Breuis litteras vt etiam litteris apostolicis super prouisione et praefectione praedictis non confectis, possessionem seu quasi regiminis ac bonorum dictae ecclesiae apprehendere, ac fructus, redditus et prouentus mense Episcopalis Visensis percipere, et quae jurisdictionis Episcopalis sunt exercere valeret, indulserimus. Nos, qui hanc tuae Serenitatis in ipsum Michaelem gratitudinem et benignitatem cum eisdem fratribus nostris summe gratam habuimus, vt nostra tuaque voluntas suum celerius sortiantur effectum, eandem tuam Serenitatem hortamur in domino et studiose requirimus vt pro sua in hanc sanctam sedem obseruantia et deuotione, ac ob ipsius Michaelis tibi ac claraе memoriae genitori tuo deditissimi benemerita, benigno affectu amplius commendatum suscipiens in assequenda possessione regiminis et administrationis ac bonorum ecclesie huiusmodi eidem Michaeli Electo, et eius circa hoc negotiorum gestori, fauorem et auxilium oportuna exhibeas. In quo eadem tua Serenitas rem se dignam et nobis admodum gratam efficiet.

Datum Romae apud sanctum Petrum, sub Annulo piscatoris, Die VIIII Decembris MDXXVI, Pontificatus nostri anno quarto. — *Be. El. Rauennensis* [1].

Breve do Papa Clemente VII, dirigido ao Bispo de Vizeu D. Miguel da Silva.

1526—Dezembro 9.

Clemens papa VII Dilecte fili salutem et apostolicam benedictionem.

Cum nos nuper ecclesiae Visensis, tunc certo modo pastoris solatio destitutae, de persona tua nobis et fratribus nostris ob tuorum exigentiam

[1] ARCH. NAC., Maç. 20 de Bullas, n.° 7. *E' do mesmo teor o documento n.° 22 do maço 19.*

Digitized by Google

meritorum accepta de fratrum eorundem consilio apostolica auctoritate prouiderimus, teque illi in Episcopum praefecerimus et pastorem, curam et administrationem ipsius ecclesiae tibi in spiritualibus et temporalibus plenarie committendo; ac tecum, vt omnia et singula monasteria et beneficia ecclesiastica secularia et regularia quae tunc obtinebas vt prius quoad uiueres retinere, et pensiones ac fructus ecclesiasticos quos percipiebas percipere, necnon regressus, accessus, et ingressus, priuilegia quoque Indulta et litteras apostolicas tibi etiam circa collationem beneficiorum ecclesiasticorum quomodolibet concessa etiam retinere, et illis vti valeres inter alia dispensando, Nos, ne interim dum litterae apostolicae super prouisione et praefectione ac dispensatione praedictis expedientur dicta ecclesia in eisdem spiritualibus et temporalibus detrimenta patiatur, prouidere ac tuis commodis paterne consulere volentes, Tibi vt etiam litteris huiusmodi super dictis prouisione et praefectione ac dispensatione non confectis vigore presentium possessionem seu quasi regiminis et administrationis ac bonorum dictae ecclesiae Visensis per te vel alium seu alios libere apprehendere, ac fructus redditus et prouentus mensae Episcopalis Visensis exigere, percipere et leuare, necnon quae jurisdictionis per te vel alium seu alios, quae vero ordinis Episcopalis existunt per aliquem Episcopum exercere libere et licite valeas in omnibus et per omnia per inde ac si super illis litterae praedictae expeditae fuissent, auctoritate praedicta earundem tenore presentium concedimus et indulgemus. Mandantes dilectis filiis capitulo et vassallis dictae ecclesiae, necnon clero et populo ciuitatis et diocesis Visensis vt tibi tanquam patri et pastori animarum suarum humiliter obedientes, tua salubria monita et mandata suscipere, et efficaciter adimplere, ipsique vassalli consueta seruitia et jura tibi ab eis debita exhibere procurent, alioquin sententiam siue poenam, quam rite tuleris in rebelles, ratam habebimus et faciemus autore domino vsque ad satisfactionem condignam inuiolabiliter obseruari: Non obstantibus praemissis, necnon constitutionibus et ordinationibus apostolicis, ac dictae ecclesiae iuramento confirmatione apostolica et quauis firmitate alia roboratis statutis et consuetudinibus, ceterisque contrariis quibuscunque. Volumus autem quod infra sex menses a data presentium computandos litteras apostolicas super prouisione et praefactione ac dispensatione praedictis sub plumbo in totum cum effectu expedire, et iura camerae apostolicae debita persoluere omnino tenearis, alioquin tempore huiusmodi elapso, prouisio, et praefactio

Digitized by Google

ac dispensatio praedictae nullius sint roboris uel momenti. — Datum Romae apud sanctum Petrum, sub Annulo piscatoris, Die VIIII Decembris MDXXVI, Pontificatus nostri anno quarto. — *Be. El. Rauennensis*[1].

Carta de D. Martinho de Portugal ao Secretario de Estado.

1526 — Dezembro 30.

Senhor. — Screui alguas vezes mui largo a vossa merce em que, antre muitas que delle recebo, lhe pedia por mor me quisese auisar se ei de ter outra maneira, ou se esta que atequi leuo desapraz a sua alteza. Eu faço todo o que entendo: queria saber se para aprazer ei de ter outro entendimento. A uer o tempo que haa que de lla parti ate gora não uer nhenhum recado, não poso cuidar senão que eu sou o culpado laa. Se asi hee, beijarei as mãos de vossa merce uer a culpa: á mester que seja muito sotil o que m a deu, porque eu, pera m a nom darem, cuido muito no que ei de fazer. Cogneço diogo ortiz: outros que qua estiuerão como ladroes de cassa dirão de mim e erão *(sic)* an me de culpar no caminho grande e chaom per que eu ando.

Se uós, senhor, m achardes screuei mo: dar lh ei minha rezão: se for má, emendar me ei e cognecel a ei; se tambem me justificar não a quero mais que para nós soo.

Na carta de sua alteza uão os negocios: por vosa merce não ler duas vezes hua mesma cousa lhos não screuo. Parece me que se perde tempo pera o dos mosteiros e priorado, e pera os que ficarão do bispo do funchal.

Acerca da despensação daquelle matrimonio mando hum breue pera Juizes: hee o capelão mor ou seu oficial, e o priol do meu são Jorge. Fiz estes por se não saber. Com o breue uai a copia do que am de res-

[1] ARCH. NAC., Maç. 18 de Bullas, n.º 3, e n.º 6

Digitized by Google

ponder. Faça se em publico por hum notario cognicydo, asele se do selo do Juiz, e em chegando qua irá a despensação. Mais faz isto o papa pera exemplo que pera al; por tanto ei por muy necesario o que screui sobre isto a vossa merce e a sua alteza. Parece me que pidirão trezentos cruzados, porque asi pasou agora outra de portugal; mas era que casarão antes da bula ser pubricada: por isto pasou bem. Sei que se ade leuar o menos que for posivel: diguo porque me pondes na istrução que custará casi nada por os tempos pasados.

Por se não achar qua anexação da egreja da trindade, se não mandou breue mais forte. Senpre vossa merce me mande as datas das bulas que forem necesarias.

A do conde de tarouca do priolado se achou: as tres da derogação dos priuilegios se não podem auer. Será bom uir o trelado em pubrica forma.

Vossa merce se serue tão pouco de mim, desejando eu tanto, que o ponho a não me ter pera iso, porque me não mandaes prouisão pera ter o uoso mosteiro noso titulo. Far se á com todos os regresos, reseruação de fruitos: ao menos parecer me á que faço cousa uosa. A uolta do priorado e mosteiros custará menos, não se gastando mais do d elrei. He custume, quando se fazem humas expidiçoẽs grandes, fazerem graça nas pequenas.

Este banco de Joam Francisco não tem comisão nem pera dar dinheiro, nem pera dar boas moedas. Dom miguel tinha credito, e eu não o tenho: deue ser ou por o ter vossa merce pouco de mim, ou pera mo o banqueiro não ter. Tomei dele este dinheiro que uai nesta conta, de que lhe dei polices pera as vossa merce mandar pagar. Foi com a mor fadiga do mundo e com lhe dar fianças. Mande vossa merce, por ma fazer, a Joam Francisco que o mesmo credito de dom miguel me mande.

Vossa merce se lenbra bem das merces que el rei, que aja gloria, fazia a Joam de faria, a Dom miguel, sua alteza a Joam da Silueira, a todos d ajuda de custa: a mynha uinda e chegada certo podia merecer mais as diuidas que la diuia e o pouco que senpre tiue nada que me nunca derão *(sic)*.

Este correo foi por amor de mim por tão pouco. Sua alteza lhe faça alguma merce se for no tempo. Ha de ir em XVII dias. Des que vossa merce uir ao que uai com esta presa, se lhe parecer que não são as taes

Digitized by Google

cousas pera se apresar tanto, ou que as não deuo de lembrar, screua mo e não o farei.

O conde meu irmão lhe dará huma cousa minha, que auerá mester. Na carta que screuo ao dito conde uay onde se achará.

Screuo esta cyfra desta maneira: asi queria que as cousas de importancia, se socedesem, uiesem, scritas as regras tão largas pera se poder por cyma descyfrar.

De roma aos xxx dezembro 1526. — *Dom Martinho de Portugal*[1].

Breve do Papa Clemente VII, dirigido a D. Miguel da Silva, Bispo eleito de Vizeu.

1527 — Março 15.

Clemens Papa vii Dilecte fili salutem et apostolicam Benedictionem.

Exigentibus meritis tuae deuotionis, quam ad nos et sedem apostolicam gerere comprobaris inducimur, vt illa tibi fauorabiliter concedamus quae tuis commoditatibus fore conspicimus oportuna; Cum itaque, sicut nobis nuper exponi fecisti, Tu, de cuius persona alias ecclesiae visensis tunc certo modo vacantis auctoritate apostolica prouidimus, curam, regimen et administrationem illius Tibi in spiritualibus et temporalibus plenarie committendo, ex certis causis intra tempus de consecrandis Episcopis a canonibus diffinitum munus consecrationis suscipere commode posse non speres: Nos personam tuam gratioso fauore prosequi uolentes, Tuisque in hac parte supplicationibus inclinati, Tecum ut ratione ecclesie visensis praedictae usque ad sex menses a fine temporis de consecrandis Episcopis a canonibus praefixi huiusmodi computandos, siue in eo existas siue non, dictum consecrationis munus suscipere minime tenearis, nec ad id a quoquam inuitus compelli possis apostolica auctoritate tenore presentium dispensamus. Non obstantibus apostolicis ac in

[1] Arch. Nac. Gav. 20, Maç. 2, n.° 30. *Não encontrámos a cyfra, a que allude.*

Digitized by Google

prouincialibus et synodalibus conciliis aeditis generalibus uel specialibus, constitutionibus et ordinationibus ac dictae ecclesiae etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis, statutis et consuetudinibus, priuilegiis quoque et indultis, ac litteris apostolicis eidem ecclesiae ac Metropolitan. quomodolibet concessis, confirmatis et innouatis, quibus tenores illorum, ac si de verbo ad verbum insererentur, presentibus pro sufficienter expressis habentes, illis alias in suo robore permansuris hac vice dumtaxat harum serie specialiter et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscunque.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub annulo piscatoris, Die xv Martii MDXXVII, Pontificatus nostri Anno Quarto. — *E. Scutarius* [1].

Bulla do Papa Clemente VII, dirigida a el-Rei.

1527 — Junho 28.

Clemens Episcopus seruus seruorum dei Carissimo in christo filio Portugallie et Algarbiorum Regi Illustri salutem et apostolicam benedictionem.

Cum ad preclaram eximiamque fidei constantiam ac deuotionis sinceritatem, quibus erga nos et sedem apostolicam clarere dignosceris, nostre dirigimus considerationis intuitum, duximus non inmerito illa tibi fauorabiliter concedere, per que tue magestati honor accrescat, ac eius statui, necnon ecclesiis et monasteriis tuorum temporalium dominiorum, de personis ecclesiasticis tibi gratis et acceptis valeat salubriter prouideri. Sane cum dudum felicis recordationis leo papa x predecessor noster clare memorie Emanueli portugalie Regi genitori tuo, tunc in homanis agenti,

[1] ARCH. NAC., Maç. 20 de Bullas, n.° 2. *Ha outro breve prorogando o prazo por mais seis mezes, de 3 de Setembro do mesmo anno* (Maç, 20, n.° 18); *outro por egual tempo, de 12 de Março de 1528* (Maç. 18, n.° 4); *outro por oito mezes improrogaveis, de 6 de Setembro do mesmo anno* (Maç. 2, n.° 20); *e ainda outro por quatro mezes, de 5 de Maio de 1529* (Maç. 18, n.° 1).

Digitized by Google

pro statu Regni sui portugallie ac monasteriorum ipsius regni conseruatione motu proprio, quoad uiueret dumtaxat, facultatem nominandi eidem predecessori et Romano pontifici pro tempore existenti personas ydoneas ad quecunque monasteria ordinum quoruncunque, etiam de quibus consistorialiter disponi consueuerat, in dicto Regno consistentia, et quorum fructus etiam in libris camere apostolice taxati reperiebantur, per decessum seu alias quomodolibet, preterquam apud sedem predictam, pro tempore vacantia per predecessorem et pro tempore existentem Romanum pontificem prefatum ad denominationem huiusmodi monasteriis predictis preficiendas, per suas litteras ex certa eius scientia reseruauerit, concesserit et assignauerit, prout in eisdem litteris plenius continetur, Nos uolentes te, qui dicto Emanueli postmodum uita functo in Regno predicto successisse dignosceris, preclaris tuis de nobis et sede predicta exigentibus benemeritis, non minori prerogatiua quam dictus predecessor prefatum Emanuelem prosecutus fuit prosequi, motu proprio, non ad tuam uel alterius pro te nobis super hoc oblate petitionis instantiam, sed de nostra mera liberalitate ac etiam intuitu et consideratione dilecti filii martini a portugallia, nepotis tui et apud nos et sedem eandem oratoris, cuius eximia studia erga status ecclesiastici conseruationem et ecclesie defensionem hoc tam calamitoso et erumpnoso [1] tempore et alias probe nouimus, et cum non modica eius laude experti sumus, qui hanc vnam solam retributionem et remunerationem a nobis pro tot vasorum argentorum ac aliorum omnium bonorum suorum et familie sue in huius misere vrbis depredatione, qua nuper ab imperiali exercitu afflicta fuit, amissione, ac ob ingentes cum magno sue vite periculo inibi exanclatos labores, humiliter petiit et efflagitauit, ac a nobis obtinere desiderauit, eidem magestati tue, quoad uixerit dumtaxat, facultatem nominandi et presentandi nobis et Romano pontifici pro tempore existenti personas ydoneas ad quecunque monasteria, etiam de quibus consistorialiter disponi consueuit, et quorum fructus redditus et prouentus in libris dicte camere taxati reperiuntur, ac prioratus conuentuales ordinum quorumcumque in Regno predicto et aliis dominiis tuis consistentes, etiam de tui iure patronatus ex fundatione vel dotatione seu alias fuerint, per cessum uel decessum seu alias quomodolibet, preterquam apud sedem

[1] *Léa-se* aerumnoso.

Digitized by Google

predictam, nunc et pro tempore vacantia, per nos et pro tempore existentem Romanum pontificem ad nominationem et presentationem huiusmodi monasteriis predictis preficiendas et quibus Prioratus huiusmodi conferantur, Ita ut ad monasteria et prioratus huiusmodi Religiosos, ut ipsi monasteriis preficiantur seu illis de prioratibus huiusmodi prouideatur, et etiam seculares clericos ac prelatos, quibus illa comendari possint, nominare et presentare valeas; sic tamen quod personas ydoneas huiusmodi infra sex menses a die vacationis ipsorum monasteriorum et prioratuum computandos nobis et pro tempore existenti Romano Pontifici nominare et presentare tenearis, Nosque, et Romani pontifices pro tempore existentes, personis sic nominatis aut presentatis prouidere seu illa eis commendare debeamus, Et si infra dictos Sex menses nulla nominatio seu presentatio per te facta fuerit, ex tunc ea vice de monasteriis et prioratibus predictis per nos et sedem predictam libere disponi possit, ex certa nostra scientia auctoritate apostolica tenore presentium reseruamus, concedimus et assignamus, decernentes ex nunc quascunque electiones, postulationes, prouisiones, prefectiones, commendas, uniones et coadiutorum, etiam de consensu deputationes ac regressus seu accessus, etiam de consensu et alias quascunque dispositiones, de monasteriis et prioratibus predictis alias quam de seu pro personis per te infra tempus Sex mensium huiusmodi pro tempore nominandis et presentandis, etiam per nos et pro tempore existentem Romanum pontificem quomodolibet pro tempore factas et faciendas, nullius Roboris vel momenti fore et existere. Et sic per quoscunque judices et commissarios, etiam sante Romane ecclesie Cardinales, sublata eis et eorum cuilibet quauis aliter iudicandi et interpretandi facultate et auctoritate, in quacunque instancia judicari, sententiari et difiniri debere, irritum quoque et inane si secus super hiis a quoquam quauis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attemptari. Et insuper venerabilibus fratribus nostris Archiepiscopo bracharensi et Episcopo colimbriensi ac dilecto filio Cantore ecclesie Elborensis, ut ipsi, vel duo aut vnus eorum pro se vel alium seu alios, de vero annuo valore monasteriorum et prioratuum predictorum secundum communem extimationem, anno fertili cum sterili compensato, se diligenter informent, et testes desuper recipiant, ac ipsorum testium depositiones et attestationes in publicam formam Reddigi faciant, et sub inde depositiones et attestationes huiusmodi seu processum desuper formatum sub eorum litteris

Digitized by Google

clausis, eorumque sigillis munitis ad nos et sedem antedictam per proprium nuntium fideliter, infra annum a data presentium computandum, transmittere procurent. Et si aliqua monasteria seu prioratus vacent ad presens antequam huiusmodi informatio sumpta et ad cameram predictam transmissa ac in illius libris descripta fuerit, quo pendente nulla presentatio ad illa per magestatem tuam, neque dispositio aliqua de illis per nos aut Romanum pontificem pro tempore existentem fieri possit, sed ipsi Archiepiscopus seu episcopus aut Cantor illorum tunc vacantium possessionem nostro et camere predicte nomine apprehendant et fructus sequestrent, et postmodum personis per te nominandis et presentandis et per nos seu pro tempore existentem Romanum pontificem prefatum preficiendis, seu quibus de ipsis prioratibus prouideri ac monasteria et prioratus huiusmodi commendari contigerit integre consignent, necnon dilectis filiis Camerario nostro ac presidentibus et clericis dicte camere, ut, postquam depositiones et attestationes huiusmodi ad dictam Cameram transmisse fuerint, taxam ipsorum monasteriorum de libris eiusdem Camere, in quibus reperti fuerint, deleant, et aboleant, ac loco antiquarum taxarum valorem anuum illorum, secundum communem extimationem iuxta depositiones et attestationes huiusmodi describant et annotent, ac nostro et pro tempore existentis Romani pontificis datario, vt litteras apostolicas prouisionum et comendarum monasteriorum et prioratuum predictorum, de quibus pro tempore disponi contigerit omni contradictione cessante expediat, et expedire mandet, ac soluta eidem datario solumnodo annata vnius anni, litteras in totum desuper absque alia solutione persones de quibus monasteriis prouisim, et quibus prioratus huiusmodi collati seu illi ac monasteria predicta commendata fuerint, seu eorum sollicitatori tradat, seu per clericos camere eidem camere iuribus iuxta presentium formam et tenorem debitis persolutis, tradi et consignari faciat, nec ab eis solutionem alterius annate taxe regalium aut aliorum quorumuis iurium in similibus prouisionibus et commendis solui consuetorum exigat, seu exigi faciat aut permittat, exceptis cedula minutis et scriptura bullarum, pro quibus officialibus solitum soluatur mandamus, decernentes personas huiusmodi ad aliam solutionem quam dicte integre annate, secundum communem extimationem et valorem annuum in dictis litteris annotandum, minime teneri, nec ad id cogi seu compelli posse: non obstantibus premissis, ac quibusuis de monasteriis et prioratibus predictis

Digitized by Google

per nos et sedem eandem pro tempore factis et faciendis reseruationibus, seu affectionibus generalibus uel specialibus, necnon cancellarie apostolice pro tempore editis et edendis, et quibusuis aliis constitutionibus et ordinationibus apostolicis, necnon monasteriorum et prioratuum et illorum ordinum predictorum iuramento, confirmatione apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis statutis et consuetudinibus, priuilegiis quoque, indultis et litteris apostolicis illis ac dicte camere et illius, necnon cancellarie apostolice officialibus, sub quibuscunque tenoribus et formis, ac cum quibusuis clausulis et decretis concessis, approbatis et innouatis, quibus omnibus ac dicto iure patronatus tenores illorum, ac si de verbo ad verbum inserti forent, presentibus pro sufficienter expressis habentes, illis alias in suo robore permansuris, hac vice duntaxat specialiter et expresse ad effectum presentium derogamus, ceterisque contrariis quibuscunque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre reseruationis, concessionis, assignationis, decreti, mandati, voluntatis et derogationis infringere, uel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attemptare presumpserit indignationem omnipotentis dei, ac beatorum petri et pauli apostolorum eius, se nouerit incursurum.

Datum Rome in castro sancti angeli anno incarnationis dominice millesimo quingentesimo vigesimo septimo, nono Kalendas Julii, pontificatus nostri anno quarto [1].

Breve do Papa Clemente VII, dirigido a el-Rei.

1527—Julho 11.

Clemens papa VII Charissime in christo fili noster salutem et apostolicam benedictionem.

Potest tua Serenitas meminisse cum alias felicis recordationis Leo papa X, praedecessor noster, dilecto filio Emanueli Noronio, camerario

[1] *Inserta em um auto de apresentação, no* ARCH. NAC., Maç. 37 de Bullas n.º 18.

Digitized by Google

nostro, tunc suo, accessum ad primo uacaturum tui regni monasterium concessisset, nos tuae Serenitati significasse cupere nos quidem in ea re dicto Emanueli ita gratificari, vt tamen is non minus hoc nostrum beneficium a tua Serenitate quam a nobis recognosceret. Cumque nunc in eadem simus voluntate, eo magis quo ipsum Emanuelem ad te reuertentem hoc munere totiens sibi promisso prosequi vellemus, speremusque Serenitatem tuam et memoriae dicti Leonis et nostrae voluntatis et tuae in omnes tuos benignitatis rationem in hoc esse habituram, tantum illam scire voluimus hanc ipsam tuam beneficentiam, quam in hunc et natura et voluntate tibi deditissimum speramus esse paratam, nobis quoque ob premissas rationes et quod ipsum Emanuelem paterne diligimus gratam et acceptam futuram.

Datum Romae in arce Sancti Angeli, sub Annulo piscatoris, Die XI Julii MDXXVII, Pontificatus nostri anno quarto. — *Blosius* [1].

Bulla do Papa Clemente VII, dirigida a D. Martinho de Portugal (*).

1527 — Julho 12.

Clemens episcopus seruus seruorum dei Dilecto filio Martino a portugallia, ad Carissimum in christo filium nostrum Joannem Portugallie et Algarbiorum Regem Illustrem [1] nostro et apostolice sedis cum plena

[1] ARCH. NAC., Maç. 37 de Bullas, n.º 12.

(*) *Por nos parecer interessante publicamos aqui a seguinte carta do Duque de Bragança escripta a el-Rei.*

Senhor — Beijo as mãos de vosa alteza pollas novas que me dá do boom aviamento dos neguotios que dom martinho trouxe, porque a meu veer eu os hei por mui boons, porque quanto aos moesteiros eu nom vejo dificuldade que vosa alteza deva de poher por paguarem a anada emteira, nem do verdadeiro vallor, qua pois o papa se dece de seus treze e vos dá o que nom deu a ninguem, senom soo o papa lião a voso pai custando lhe muitos cruzados, deve vosa alteza de aver se por beem ser-

Digitized by Google

potestate legati de latere nuncio et Oratori, Salutem et apostolicam benedictionem.

Cum nobis[2] hodie te ad[3] Carissimum in christo filium nostrum Joannem, Portugallie et Algarbiorum Regem Illustrem, eiusque Regna ciuitates et[4] loca sibi mediate et immediate[5] subiecta, pro nonnullis nostris et Sancte Romane ecclesie arduis negotiis, nostrum et apostolice sedis nuncium et oratorem cum plena potestate legati de latere duxerimus destinandum, Nos cupientes[6] vt erga personas in ciuitatibus terris locis et Regnis predictis residentes ac familiares Continuos commensales tuos quos tecum ducis te possis reddere gratiosum discretioni tue, de qua in hiis et aliis specialem in domino fiduciam obtinemus, tibi officium Tabellionatus quibuscunque personis Idoneis, Recepto ab eis Juramento in forma solita, concedendi[7], illosque tabelliones creandi ac de dicto officio inuestiendi: necnon legittimandi spurios naturales bastardos manseres nothos[8] incestuosos copulatiue uel disiunctiue, ex quoruncunque[9] illicito et damnato coitu procreatos, viuentibus vel[10] etiam mortuis, eorumque parentibus, Ita ut ad paternam[11] et alias successiones quoruncunque bonorum admitti et in illis succedere valeant, absque tamen prejudicio illo-

uido de se acabar esta neguotiação, e folguar que o papa tambem Receba diso proveito aa custa daquelles a que derdes os moesteiros. Nom acho outro impidimento senom poher a comcientia de vosa alteza em mais periguo de verdes como os avees de apresentar, segumdo de dereito e de comcientia devees; e se vos quiserdes seguir por a comcientia, poderees fazer muito fructo e desfazer muitas ladroeiras e burdees que ha por vosos Regnos debaixo da capa da igreja de deos e de sua Religião. E parece me que o neguotio devia de seer arduo de acabar, pois dom miguel, que era tão privado do papa, o nom pode acabar, saluo se creesemos a mal dizentes, que querião dizer que, por os aveer todos ou a mor parte delles do papa, os nom queria aveer pera vosa alteza.

Do priorado pera o senhor Infante veem asy muito beem, mas parece me que já dias ha que estaua concedido a vosa alteza, se me bem lembro. Folguara de saber, pera milhor poder dizer a vosa alteza o que me manda pregumtar, se tinha dom martinho la outros neguotios de importancia de vosa alteza, que deixou por acabar, e asy me nom lembra se lhe escreueo vosa alteza este inverno pasado, quando elle escreueo que o papa o quisera qua mandar, que nom se viese sem voso spetial mandado, porque, se estas cousas nom concorrem, nom sei que culpa se lhe pode dar a huum homem tão bem desposto como elle, que tão aginha poderia tornar la, se cumprise em tal tempo viir a vosa alteza com mensajeẽs daquelle mesmo, a que o vós mandastes, trazendo vos vosos neguotios bem aviados.

Digitized by Google

rum, qui ad predictas successiones in persone quibus succederent ab intestato de jure admitti deberent, et etiam ad honores dignitates gradus et officia secularia publica et priuata recipi et assummi, Illaque gerere et exercere possint ac si de legitimo matrimonio procreati essent, Illosque ad jura nature et quoslibet actus legitimos restituendi et reintegrandi: Ac etiam quoruncunque beneficiorum ecclesiasticorum cum cura et sine cura secularium et quorumuis ordinum regularium, etiam que dicte sedi ex quauis causa preterquam ratione officialium sedis predicte et Romane Curie actu officia sua exercentium generaliter reseruata fuerint, resignationes simpliciter uel ex causa permutationis aut comendatorum; Ac etiam letigiosorum extra Romanam Curiam cessiones litis et juris recipiendi et admittendi, ac causas desuper pendentes aduocandi, et lites huiusmodi penitus extinguendi, dictaque beneficia tam simpliciter quam ex eadem causa et alia quecunque et qualiacunque infra limites dictorum Regnorum et locorum existentia quomodocunque vacantia et vacatura, etiam si de jure patronatus laicorum, et etiam preterquam vt supra aut Ratione vacationis illorum apud sedem predictam, vel familiaritatis continue commensalitatis nostre seu dicte Sancte Romane ecclesie alicorum [12] Cardinalium viuentium reseruata uel affecta fuerint, quorum beneficiorum sin-

E quanto ao vsar do oficio da leguatia, nom he cousa nova, pois pollo papa era enviado a vosa alteza, vsar desas graças, amtes a outrem se podera fazer, que o aguardecera ao papa e o Recebera por honrra fazer elle esa honrra a voso embaixador, por que todollos nuncios que andão em castella, ainda que sejão naturaes do Regno, sempre teem alguumas graças e poderes de papa, e dom bernardino pimentel foi nuncio estes anos pasados sem seer d espanha, e lhe fazião honrra de nuncio, e asy lhe chamavão, e era casado e leiguo. Nisto me perdoe voso agente deste voso Regno, que nom sei se porque me criei em castella e vi muitas cousas destas, se porque o emtenderei pior ou milhor que elles, ou porque tenho minha comdiçom fora de emveja, nom me pesa de veer honrra a ninguem, senom quando me parece que se pode seguir de hi alguum mal; e porque eu nom vejo mal que disto se posa seguir, porque segundo vi que o trellado dos poderes que traz dom martinho nom lhos vejo tão grandes que posão fazer prejuizo, senom se for a alguuns prelados em lhe tomar suas dadas de igrejas; mas nem isto nem al, ainda que o mal quisese fazer, nom pode seer que nom seja milhor do que se faz em Roma, poisque se ha de fazer diamte de vosos olhos, e aimda, pois ha de estar em vosa corte, a mor parte das vaguantes poderão estar aa desposyção de vosa alteza. Asy que tudo me parece que pemde de duas cousas, a huuma se traz os neguotios feitos aa vosa vomtade nom deixamdo alguns de muita inportancia por fazer, e se vosa alteza lhe nom tinha defendido que nom viese sem voso

Digitized by Google

gulorum huiusmodi fructus redditus et prouentus Ducentorum ducatorum auri de Camera secundum communem extimationem valorem annuum non excedant, ac dummodo inter ipsa omnia per obitum vacantia plura quam quinquaginta reseruata uel affecta non sint, personis idoneis, etiam quecunque quotcunque et qualiacunque beneficia ecclesiastica cum cura et sine cura obtinentibus et expectantibus, conferendi, Regularia tantum ad uitam uel ad tempus commendandi, illaque seu secularia beneficia ad uitam uel ad tempus viuendi; ac super resignatorum [13] seu alias dimissorum beneficiorum fructibus redditibus et prouentibus quascunque pensiones annuas, non tamen tertiam partem fructuum reddituum et prouentuum huiusmodi excedentes, predictis Resignantibus uel cedentibus quoad uixerint per beneficia huiusmodi pro tempore obtinentes annis singulis in terminis et locis concordandis seu statuendis, etiam sub priuationis et aliis penis sententiis et censuris in talibus apponi soliti [14], persoluendas de consensu illorum qui dictas pensiones soluere habebunt, reseruandi constituendi et assignandi, necnon statutis et consuetudinibus ecclesiarum in quibus singula beneficia huiusmodi forsan fuerint, etiam juramento confirmatione apostolica uel quauis firmitate alia roboratis de-

spetial mandado; e se estas nom interveem, pareeer m ya Razão fazer lhe vosa alteza merce e honrra e folguardes de o papa honrrar voso embaixador.

Tambem me dizem que traz huum poder, que me parece muito voso seruiço, que he que traz poder pera poder tirar alguumas Igrejas de comendas e metter outras, porque sey ha dias que se fezerom muitas falsydades a el Rey meu senhor que deos teem, e lhe escomderom a vallia de Igrejas grosas, e lhe meterom outras muito pequenas, e nisto poderá tambem interviir, Remediar se as duvidas das igrejas que os prelados vos derom, que nom podião dar, e tambem alguuma que eu sei que vos teem furtado enteiramente: e nom me mande vosa alteza que vollo escreua, porem eu vollo direi de mym a vos, se me deos dá saude.

Ganha se tambem en teer dom martinho estes poderes Remediarem se muitas cousas aguora qua, que se nom podem Remediar por Roma com estas embrulhadas que la vaão. Beem deve vosa alteza de creer que nisto nom som sospeito, pois sabe beem que pera as cousas de voso seruiço nom no som a ninguem, e tambem quão pouqua comfiança devo teer de paremtes, pois atee aguora ninhuum deixou de me desagradecer o que por elles fiz. Noso senhor a vida e Real estado de vosa alteza guarde e acrecente.

De vila uiçosa a XII dias de novembro de 1527.

As Reaes mãos de vosa alteza beijo — *O duque.*

(Arch. Nac. Corp. Chron. Part. I, Maç. 12, Doc. 28)

Digitized by Google

rogandi: Ac cum quibusuis personis in dictis Regnis et dominiis constitutis tunc in tertio et quarto et quarto simul consanguinitatis vel affinitatis gradibus impeditis et inter se matrimonialiter copulatis, ac in contractis per eos matrimoniis etiam scienter eosdem contrahentes, ab huiusmodi excessu ac censuris et penis quas propterea incurrerint absoluendi, remanere possint, prolem susceptam et suscipiendam [15] ex inde legitimam decernendo; necnon cum quibusuis personis super quibusuis natalium defectibus et irregularitatibus quas aliqui censuris ecclesiasticis ligati Missas et alia diuina officia celebrando, aut alias se illis immiscendo quomodolibet, non tamen in contemptum clauium, contraxerint ut ad ordines etiam sacros et presbiteratus promoueri, ac in illis et per eos susceptis et suscipiendis ordinibus etiam in altaris ministerio ministrare, ac quecunque quotcunque beneficia [16] eeclesiastica cum cura et sine cura se inuicem compatientia [17], etiam si dignitates personatus administrationes uel officia in dictis ecclesiis et huiusmodi dignitates curate et electiue fuerint, si eis canonice conferantur aut eligantur presententur uel alias assummantur ad illa et instituantur, in eis recipere et quoad uixerint retinere libere et licite valeant: Et insuper cum quibusuis personis in vigessimo etatis eorum Anno constitutis ad obtinendum vnum beneficium ecclesiasticum cum cura etiam si parrochialis ecclesia, uel eius perpetua vicaria aut alias, ut prefertur, calificatum fuerit [18] dispensandi: Necnon duodecim Comites palatinos et totidem Acolitos et Capellanos creandi, ac etiam Duodecim in nostros et apostolice sedis Notarios auctoritate apostolica recipiendi, ac aliorum nostrorum et dicte sedis Notariorum et accolitorum Capellanorum et aule nostre Lateranen. Comitum palatinorum numero et consortio respective fauorabiliter aggregandi, Ita quod omnibus et singulis priuilegiis prerrogatiuis honoribus exemptionibus gratiis libertatibus immunitatibus et indultis gaudeant et vtantur, quibus alii nostri et dicte sedis notarii et Accoliti Capellani ac aule nostre Lateranen. Comites palatini vtuntur potiuntur et gaudent, ac vti potiri et gaudere poterunt quomodolibet in futurum, exhibendique et exhiberi faciendi eis insignia Notariatus huiusmodi, recepto prius tamen ab eis solito juramento: et decem milites aureatos et poetas laureatos, ac quascunque personas sufficientes et ydoneos volentes se ad doctoratus seu licenciature et Bachalariatus in vtroque vel altero jurium, et ad Magisterii tam in Theologia quam in Artibus et Medicina, uel alios gradus preuio examine rigoroso

Digitized by Google

et diligenti, ac seruatis constitutione [19] Uiennen. et aliis solemnitatibus in talibus adhiberi solitis, promouendi seu promoueri, atque gradus huiusmodi et insignia solita at debita conferendi ac exhibendi, seu exiberi et conferri faciendi, eisque quod omnibus et singulis gratiis priuilegiis libertatibus et indultis, quibus alii Milites aureati ac Poete Laureati per nos et sedem apostolicam creati et instituti, necnon ad huiusmodi gradus in Vniversitatibus studiorum generalium juxta illorum ritus et mores ac seruatis seruandis promoti vtuntur potiuntur et gaudent, seu vti potiri et gaudere poterunt quomodolibet in futurum, vti potiri et gaudere libere et licite possint et debeant indulgendi: Ac cum triginta personis vt quecunque duo curata seu alias inuicem incompatibilia beneficia ecclesiastica, etiam in parrochiales ecclesie uel earum perpetue vicarie aut dignitates personatus administrationes vel officia in Cathedralibus, etiam Metropolitanis, uel collegiatis et dignitates ipse in Cathedralibus etiam Metropolitanis post pontificales maiores seu collegiatis ecclesiis huiusmodi principales seu talia mixtim fuerint, et ad dignitates personatus administrationes uel officia huiusmodi consueuerunt, qui per electionem assummi eisque cura immineat [20] animarum, si alias canonice conferantur aut eligantur presententur uel alias assummantur ad illa et instituantur, in eis recipere et insimul quoad uixerint retinere, illaque simul uel successiue simpliciter vel ex causa permutationis quotiens eis placuerit dimittere, et loco dimissi uel dimissorum aliud uel alia simile vel dissimile aut similia uel dissimilia beneficium seu beneficia ecclesiasticum vel ecclesiastica Duo [21] dumtaxat curata seu alias inuicem incompatibilia similiter recipere et insimul etiam quoad uixerint retinere libere et licite valeant, dispensandi, ac statutis et consuetudinibus, etiam juramento confirmatione apostolica uel quauis firmitate alia roboratis, necnon fundationibus ac jure [22] patronatus clericorum et laicorum mixtim aut laicorum tantum, et si laicorum tantum et illis ex fundatione uel dotatione competat pro medietate alioquin uel si mixtim in totum derogandi: Et [23] clericos, etiam [24] in affricam im perpetuam uel ad tempus propter excessus et crimina per eos perpetrata ab ordinariis suis relegatos, ab exilio et ad patriam reuocandi, et cum condemnatis [25] ad exilium vt [26] ad illud ire non teneantur dispensandi, et penam huiusmodi [27] in aliam penam etiam pecuniariam commutandi: Ac loco nonnullarum parrochialium ecclesiarum, que in nonnullis locis insignibus in preceptoriis militie Jesu christi erecte fue-

Digitized by Google

rant, Preceptoriis[28] ipsis in eis suppressis et extinctis alias similes preceptorias in aliis parrochialibus ecclesiis aliorum locorum de ipsius Regis consensu, eligendi et surrogandi: Necnon quibusuis mulieribus honestis vt quecunque monasteria et domos monialium quorumcunque, etiam obseruantie claustralis exempta et non exempta, quomodocunque[29] reclusa cum tribus matronis etiam honestis de[30] consensu earum que dictis Monasteriis et domibus prefuerunt[31], dummodo ibi non pernoctent, deuotionis causa quater in Anno ingredi valeant: Necnon singulis Quadragessimalibus et aliis Anni diebus et temporibus, quibus esus carnium butiri ouorum et aliorum lacticiniorum et jure prohibitus[32] butiro ouis caseo et tempore necessitatis, ac de vtriusque Medici consilio, carnibus vtendi uescendi et fruendi[33]; Quodque Visitando vnam uel duas ecclesias, seu vnum uel duo aut tria seu plura altaria ciuitatum seu locorum, in quibus Stationes petentes[34] moram trahere contigerit que[35] duxerint eligenda, eisdem quadragessimalibus et aliis anni diebus et[36] temporibus, quibus Stationes in Urbe et extra muros eius[37] celebrantur, omnes et singulas indulgentias et peccatorum Remissiones quas visitantes singulas dicte vrbis et extra eam existentes ecclesias pro Stationibus huiusmodi visitari solitas consequuntur[38], consequendi; ac interesentibus Duabus Missas per te in ecclesiis Coram Rege seu Regina aut aliis quibuscunque personis solemniter celebrandis, seu saltim[39] illis qui benedictioni per te super[40] populum post Missas huiusmodi elargiendi interfuerint, plenariam indulgentiam relaxandi et consequendi; et predictis facultatibus et gratiis concessionibus et indultis erga familiares tuos continuos commensales, etiam si de Regnis et dominiis predictis non fuerint, vtendi; ac omnes et singulos, quibus gratia et indulto huiusmodi juxta facultatem tibi concessam concesseris, Seu erga quos huiusmodi vteris facultatibus a quibuscunque excommunicationis suspensionis[41] et interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis censuris et penis a jure uel ab homine, quavis occasione uel causa latis, quibus[42] quomodolibet innodati erunt, etiam si forsan in illis infra Annum insorduerint[43], aut pro re judicata excommunicati fuerint[44], ad effectum gratiarum per te eis concedendarum dumtaxat absoluendi et absolutos fore censendi: necnon omnia et singula beneficia ecclesiastica cum cura et sine cura que singuli predicti, etiam ex quibusuis dispensationibus apostolicis obtinebunt et expectabunt, ac in quibus et ad que ius eis quomodolibet competit, quecunque quotcun-

Digitized by Google

que et qualiacunque fuerint, eorumque fructuum redituum et prouentuum veros annuos valores, ac huiusmodi dispensationum tenores similiter ad effectum huiusmodi gratiarum et litterarum tuarum desuper conficiendarum validitate pro expressis habendi, irritum quoque et inane si secus super hiis a quoquam quauis auctoritate scienter uel ignoranter atemptari contigerit decernendi, premissis ac quibusuis litteris felicis Recordationis Sixti pape quarti, quibus inter alia caueri dicitur expresse quod Nuncii Sedis predicte pro tempore deputati, etiam cum potestate legati de latere, eorum facultate [45] tam quoad beneficia conferenda, quam dispensationes et alias gratias per eos concedendas vti non possint et queuis clausule in facultatibus huiusmodi Nuncii apposite [46] aduersus dictas litteras vnquam [47] nullatenus suffragentur, ac simili nostra, necnon quibuscunque specialibus uel generalibus reseruationibus beneficiorum pro tempore factis, necnon deffectibus predictis ac de vnionibus committendis ad partes et de surrogandis collitigantibus et de annali possessore quoad primam partem [48], necnon Viennensis Pictauiensis Lateranensis et generalis conciliorum constitutionibus et ordinationibus apostolicis, ac Cancellarie regulis, et ecclesiarum Monasteriorum locorum ac ordinum quorumcunque, etiam Juramento confirmatione apostolica uel quauis firmitate alia Roboratis statutis et consuetudinibus, priuilegiis quoque et indultis ac litteris apostolicis per sedem predictam et eius legatos ordinibus et Monasteriis predictis concessis latissime derogandi: Necnon gratiis expectatiuis quibusuis personis, etiam familiaribus continuis commensalibus nostris, uel aliis concessis vel concedendis vt concessis sibi [49] facultatibus et auctoritatibus [50] vti valeas derogandi, illasque suspendendi quoad vacatura beneficia per te vigore presentium conferenda, ceterisque nequaquam obstantibus contrariis [51] auctoritate apostolica tenore presentium concedimus facultatem. Volumus autem quod illi, quibus beneficia reseruata et alia quecunque, quorum fructus redditus et prouentus viginti quatuor ducatorum auri de Camera Secundum extimationem [52] predictam excesserint, Infra Sex Menses Nouam prouisionem a sede apostolica impetrare et litteras desuper expedire, ac omnia jura Camera apostolice debita persoluere teneantur, Alioquin beneficia ipsa eo ipso vacent et vacare censeantur. Nos enim [53] tibi vt in litteris quas super premissis gratiis per te concedi et expediri contigerit [54] litteras facultatum huiusmodi inseri facere minime tenearis, Quodque tua assertio in omnibus et per omnia sufficiat

Digitized by Google

per inde ac si littere facultatum predictarum in litteris per te expediendis et concedendis predictis de uerbo ad verbum inserte forent [55] auctoritate et tenore predictis de specialis dono gratie indulgemus, Non obstantibus omnibus supradictis.

Datum Rome in arce Sancti Angeli Anno Incarnationis dominice Millessimo Quingentessimo Vigessimo Septimo, Quarto [56] Idus Julii, Pontificatus nostri Anno Quarto [1].

[1] *Inserta no documento n.º 4 da Gav. 7, Maç. 11 no* Arch. Nac. *No* Maç. 11 de Bullas, n.º 20 *ha outro transumpto com as variantes seguintes:*

[1] Illustrissimum
[2] nos
[3] apud
[4] terras et
[5] inmediate et mediate
[6] Nos nuper
[7] concedendum
[8] natos
[9] quocumque
[10] *Deest*
[11] primam
[12] aliquorum
[13] resignatione
[14] solitis
[15] susceptam suscipiendi
[16] quotcunque et qualiacunque beneficia
[17] incompatientia
[18] qualificata fuerint
[19] seruato Constitutionibus
[20] immineret
[21] *Deest*
[22] juris
[23] mixtim Et
[24] *Deest*
[25] condemnatus
[26] uel
[27] ex huiusmodi
[28] in preceptoriis
[29] quecunque
[30] et de
[31] prefuerint
[32] etiam juris prohibitorum
[33] vtendis, vescendis et fruendis
[34] *Deest*
[35] quo
[36] in
[37] cum
[38] consequerentur
[39] sed saltem
[40] seu per
[41] excommunicationibus, suspensionibus
[42] si quibus
[43] insorduerunt
[44] fuerunt
[45] facultatem
[46] appositis
[47] nunquam
[48] *Deest*
[49] tibi
[50] gratiis
[51] *Deest*
[52] secundum communem extimationem
[53] autem
[54] contigeret
[55] fuerint
[56] Quinto

Digitized by Google

Breve do Papa Clemente VII, dirigido a D. Miguel da Silva, Bispo de Vizeu.

1527 — Julho 12.

Clemens papa VII dilecte fili salutem et apostolicam benedictionem.

Nostram calamitatem et notam tibi pro eius acerbitate ac uetustate et defletam iam fuisse pro tua pietate et in nos beniuolentia arbitramur; nec refugissemus ipsi nostris etiam litteris nostros casus ad te perferre, si modo id licuisset, cum uere amantium, qualem te semper iudicauimus, iidem affectus animorum esse consueuerint, deceatque non minus aduersorum, quam secundorum inter se fieri participes. Sed hactenus uel ipsis nostris malis, uel istuc uenientium raritate impediti, nunc, cum ad uos rediret dilectus filius Martinus de Portugallo, nequaquam occasionem hanc ommittere uoluimus per eum ad te scribendi, Qui cum sit uobis omnia uberrime explicaturus, omnium ipse testis et particeps, ne nunc quidem tibi recensebimus aerumnas nostras uel priuatas quibus modice, uel publicas quibus maxime angimur, ne ea retractando dolor in nobis acerbissimus recrudescat. Tantum fili te admonitum uoluimus cum nos spes maximas omnis nostrae subleuationis primum in Deo omnipotente, post in bonitate Caesaris tuique Serenissimi Regis, et dilecti filii nostri A. Cardinalis Vlixbonensis apud illum opera et autoritate reponamus, nonnullaque super his eidem Martino mandauerimus vt tu quoque, quacunque in re poteris apud eundem Regem nos iuuare, eumque ad suscipiendum hoc pium Sanctae Ecclesiae diuinique honoris patrocinium hortari uelis; Non enim maior eius gloria fuerit Apostolicum nomen foris ad ignotas protulisse terras, quam domi indigne oppressum conseruasse. Quamquam in hac ipsa re tam iusta ac pia satis habemus exploratum neque te nostra, neque illum tua, aut cuiusquam hortatione indigere; Nos interim quicunque nos casus exceperint persistemus in ea beniuolentia, qua te semper prosecuti sumus, Tuque ut idem erga nos sis tam cupimus, quam futurum confidimus, Tua enim praeterita officia ac studia nobis in omni uarietate nostrae fortunae exhibita nobis eundem tui animi tenorem atque

Digitized by Google

amorem pollicentur. Quod quoniam nobis est futurum gratissimum ad id te hortari pro nostro magis desiderio uoluimus quam quod tecum hoc necessarium putaremus.

Datum Romae in arce Sancti Angeli, sub Annulo Piscatoris, die XII Julii MDXXVII, Pontificatus Nostri Anno Quarto. — *Blosius* [1].

Breve do Papa Clemente VII, dirigido a el-Rei.

1527 — Julho 12.

Clemens papa VII Charissime in christo fili noster salutem et apostolicam benedictionem.

Cum, sicut Maiestas tua, quae militiae Jesu Christi cisterciensis ordinis perpetuus administrator per sedem Apostolicam deputata existit, nobis nuper exponi fecit licet alias postquam dilecto filio Emanueli de Norogna, clerico funchalensi cubiculario ac familiari continuo commensali nostro, quod quondam Joanne Brauo olim Rectore Parrochialis Ecclesiae sancti christofori de Nugera Lamazensis diocesis decedente, liceret eidem Emanueli ad dictam Ecclesiam, quam ipse Joannes tunc in humanis agens obtinebat, liberum habere regressum apostolica autoritate Indultum, et deinde dicta Ecclesia in Praeceptoria praefatae militiae eadem auctoritate erecta fuerat ita ut, etiam dicto Joanne cedente vel decedente et Ecclesia prefata quouismodo uacante, et erectio Praeceptoriae huiusmodi suum plenarium sortiretur effectum cum dictus Joannes uita functus fuisset, et a nonnullis haesitaretur an erectio Praeceptoriae huiusmodi prius effectum sortiri deberet, Nos per alias nostras litteras declarauerimus quod regressus huiusmodi prius locum haberet, sic tamen quod dito emanuele decedente et dicta Ecclesia per eius obitum uacante etiam apud sedem apostolicam et non alias Erectio Praeceptoriae huiusmodi suum sortiretur effectum in omnibus et per omnia, perinde ac si regressus huiusmodi locum non habuisset, prout in dictis litteris plenius continetur. Cum tamen contingere posset quod dictus Emanuel ecclesiam praedictam resignaret, sic-

[1] ARCH. NAC., Maç. 19 de Bullas, n.º 17.

Digitized by Google

que erectio huiusmodi suum de facili non posset sortiri effectum in ipsius militiae praeiudicium, Nobis humiliter supplicari fecit eadem Maiestas tua vt cum etiam eidem Emanueli regressus ad nonnullas alias Parrochiales Ecclesias de consensu illas obtinentium dicta auctoritate concessus fuerit, et illae etiam in Praeceptorias dictae militiae erectae fuerint, super his opportune prouidere de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur, ne propterea militia ipsa erectionum huiusmodi effectu carere possit prouidere volentes, huiusmodi supplicationibus inclinati primo dicta erectione Praeceptoriae Ecclesiae sancti Christofori, etiam dicto Emanuele cedente etiam ex causa permutationis eo ipso, nisi Maiestas tua aliter uoluerit et consenserit, quo casu erectio Praeceptoriae sancti Christofori huiusmodi non sortiatur effectum, nisi per cessum uel decessum illius in cuius fauorem eundem Emanuelem simpliciter uel ex causa permutationis resignare contigerit, suum plenarium sortiri effectum. Necnon regressum eidem Emanueli ad alias Parrochiales Ecclesias, quarum inuocationes et situationes haberi uolumus pro expressis, concessum prius et deinde erectiones de illis factae per cessum uel decessum ipsius Emanuelis aut eius immediatorum successorum, si dictum Emanuelem de tuo consensu resignare contigerit, in omnibus et per omnia perinde ac si regressum pro dicto Emanuele locus non fuisset, suum plenarium effectum sortiri cum ad id etiam eiusdem Emanuelis pro sua in te obseruantia expressas accedat consensus, et sic per quoscunque Judices, sublata eis quauis aliter iudicandi et interpretandi facultate et auctoritate, iudicari et diffiniri debere, ac quicquid secus attentari contigerit, irritum et inane decernimus: Non obstantibus praemissis, ac constitutionibus et ordinationibus apostolicis, caeterisque contrariis quibuscunque.

Datum Romae in Arce Sancti Angeli, sub Annulo Piscatoris, die XII Julii MDXXVII, Pontificatus Nostri Anno Quarto. — *Euangelista* [1].

[1] ARCH. NAC., Maç. 20 de Bullas, n.° 13.

Digitized by Google

Breve do Papa Clemente VII.

..... (1)

Clemens papa VII dilecti filii salutem et apostolicam benedictionem.

Dudum nobis pro parte dilecti filii nobilis viri Francisci Cothigno Comitis de Marialua et Loule in Regno Portugallie exposito quod licet ipse dilectam in christo filiam Guiomaram etiam Cothigno, vnicam eiusdem Francisci Comitis filiam et vniuersalem heredem, dilecto filio Illustri viro Ferdinando, Carissimi in christo filii nostri Johannis Portugallie et Algarbiorum Regis illustris fratri germano, despondere cum clare memorie Emanuele olim Portugallie et Algarbiorum rege, ipsorum Johanis Regis et ferdinandi fratris genitore, tractasset, ac Emanuel Rex et Franciscus Comes prefati contractus desuper necessarios seu opportunos ipsius Emanuelis Regis manu subscriptos fecissent, et prefactus Johannes Rex post eiusdem Emanuelis Regis obitum, matrimonium huiusmodi ratum habuisset, prout habebat; quia tamen dilectus filius nobilis vir Johannes marchio de torres nouas in Regno predicto, qui, eo quod prefate Guiomare tertio consanguinitatis gradu coniunctus existebat, eidem Guiomare matrimonio copulari nullatenus poterat, iactabat se matrimonium cum ea traxisse quominus matrimonium inter Fernandum Regis filium et Guiomaram prefatos ad debitum perduceretur effectum impedire nitebatur et presumebat, Nos tunc dicti Francisci Comitis, tam sui quam vxoris sue et dicte eius filie nominibus tunc supplicantis, supplicationibus inclinati, quascumque causas coram ordinario loci, seu eius officialibus aut vicariis, desuper

(1) Como não encontrámos o original d'este Breve, e a copia não tem data, é-nos impossivel marcar ao certo o anno em que foi passado. Vemos pela carta de D. Miguel da Silva, a pag. 159 d'este volume, que já em 1523 se fallava no casamento do Infante; mas pela opposição que lhe fez o Marquez de Torres Novas protrahiu-se este negocio por muitos annos, e só veiu a realisar-se em 1530, segundo a opinião do A. da Hist. Geneal. (Tom. III, pag. 406 e seg.) *Sendo assim, o Breve deve ser pouco anterior.*

É possivel tambem que seja este o despacho do ynfante, *a que se refere Braz Neto na carta de 14 de julho de 1530.*

Digitized by Google

forsan pendentes, earum status et merita pro expressis habentes, ad nos penitus et omnino quatenus instructe non existerent aduocando, illam et illas, ac cuiuscumque pro ipsius Francisci parte tam a quouis grauamine, quam forsan diffinitiua sententia interposite appellationis, si qua esset, necnon quam et quas idem Franciscus Comes contra prefatum Johannem marchionem, omnesque alios et singulos sua communiter vel diuisim interesse putantes super jactationibus et impedimentis huiusmodi, vna cum toto negotio principali rebusque aliis in actis cause et causarum huiusmodi latius deducendis et illorum occasione habebat et mouebat, habereque et mouere volebat et intendebat, venerabilibus fratribus Egitaniensi et Bibliensi seu Blionensi Episcopis eorum propriis nominibus non expressis, et eorum cuilibet in solidum commisimus audiendas, cognoscendas, decidendas, fineque debito terminandas, cum omnibus et singulis earum incidentibus, dependentibus, emergentibus, annexis et connexis, ac potestate prefatum Johannem marchionem et alios supradictos citandi, ac ordinario officialibus, Vicariis, Judicibus et personis, et aliis quibus inhibendum fore, inhibendi, etiam sub censuris et penis, easque aggrauandi reaggrauandi ac interdicendi, et auxilium brachii secularis inuocandi, etsi quod matrimonium per dictam Guiomaram cum dicto Johanne marchione contractum existeret, illud impedimento consanguinitatis huiusmodi obstante nullum et inualidum, nulliusque momenti existeret, prout juris (?) foret declarandi, et quascunque litteras dispensationis pro ipsius Johanis marchionis parte desuper, sine consensu seu supplicatione dicti francisci, ac eorum omnium, quorum interesat, ab apostolica sede seu sacra penitentiaria forsan impetratas seu extortas surreptitias et obreptitias, ac nullas et inualidas nulliusque roboris vel momenti fuisse et esse prout iustum foret decernendi et declarandi, et nonnulla alia tunc expressa faciendi, prout in nostris in forma breuis desuper confectis litteris plenius continetur. Cum autem, sicut idem Franciscus Comes nobis nuper exponi fecit, licet littere predicte dictis Episcopis, vel eorum alteri pro ipsius Francisci Comitis parte presentate fuerint, ipsique, vel alter eorum, ad inhibitionem aduersus alios judices, a quibus causa erat aduocata, et forsan aliquos alios actus in causa huiusmodi procedere inceperint, Quia tamen nonnulle cause suspitionis aduersus judices pro parte dicti Francisci impetratos predictos licet forsan friuole fuerint ex aduerso allegate, et idem Johannes marchio judices eosdem sibi minus suspectos fore, et contra eos justitie complementum con-

Digitized by Google

sequi posse non sperare asserebat, ne propterea causa huiusmodi indecisa remaneret, et dictus Joannes marchio, qui malitiose et non alio quam hereditatem et bona dicti Francisci inhians matrimonium ipsum, quod nunquam vel si est nulliter contractum extitit, per dictam Guiomaram cum eo contractum fuisse asserit, de huiusmodi nullo matrimonio se iactare, et diu prefactum Franciscum Comitem iam senem et infirmum ac in decrepita fere etate constitutum in sue senectutis tedium vexare et molestare habeat, idem Franciscus Comes, tam suo quam vxoris et Guiomare filie suarum predictarum nominibus, nobis supplicari fecit vt in premissis opportune prouidere de benignitate apostolica dignaremur: Nos igitur, huiusmodi supplicationibus inclinati, cause et causarum huiusmodi status et merita ac processus et circa premissa gestorum quorumcumque tenores et continentias pro sufficienter expressis et hic de verbo ad verbum insertis habentes, quascunque causam et causas super premissis pro parte dicti Joannis marchionis quibusuis judicibus et personis eidem Francisco comiti suspectis, cum quibus litigare sibi suspectum esse ipse Franciscus Comes jurauerit, per nos et sedem apostolicam etiam cum cause et causarum pro parte ipsius Francisci Comitis committi obtentarum aduocatione, ac quibusuis etiam fortissimis clausulis et decretis in eis appositis commissas, etiam earum tenores continentias et status pro expressis habendo, ad nos penitus et omnino harum serie aduocantes, discretioni vestre, Cum, sicut dictus Franciscus Comes asserit, copia Episcoporum, qui vtrique vel alteri partium predictarum suspecti non sint, in Regno predicto commode haberi non possit, committimus et mandamus quatenus sub excommunicationis late sententie pena per vos, si hoc facere recusaueritis aut vos excusaueritis, eo ipso incurrenda, vos adiunctis vobiscum Egitaniensi et Bibliensi Episcopis predictis causam et causas easdem, necnon cuiuscunque appellationis et quarumcunque appellationum tam a quouis grauamine quam a diffinitiua sententia super premissis vel aliquo promissorum, tam pro Francisci Comitis et vxoris seu filie predictorum parte, quam exaduerso forsan interposite vel interpositarum, jactationumque molestationum et perturbationum totiusque negotii principalis, ac attemptatorum et innouatorum quorumcumque, cum omnibus et singulis suis incidentibus, dependentibus, emergentibus, annexis et connexis, auctoritate nostra de nouo audiatis seu in statu in quo forsan existunt assumatis, etsi Francisco Comiti, aut filie vel vxori predictis videbitur etiam suma-

Digitized by Google

rie simpliciter et de plano sine strepitu et figura judicii facti veritate inspecta cognoscatis, decidatis, fineque debito terminetis. Nos enim vobis et cuilibet vestrum prefatum Johannem marchionem, omnesque alios et singulos sua communiter vel diuisim interesse putantes, citandi etiam per edictum publicum constito vobis summarie de non tuto accessu, eisque et quibusuis aliis judicibus et personis, etiam pro parte aduersa impetratis, cuiuscumque gradus, ordinis, conditionis extiterint, et quacumque fungantur auctoritate, inhibendi, etiam sub ecclesiasticis ac pecuniariis arbitrio vestro imponendis et applicandis, aliisque grauissimis penis inhibendi, ipsasque censuras et penas aggrauandi et reaggrauandi, ac interdictum ecclesiasticum apponendi, etsi quod contra Franciscum et vxorem aut filiam prefatas personale vel vocale ad dicti Johannis marchionis instantiam interdictum appositum existat, illud prout justum fuerit relaxandi, ipsosque Franciscum et vxorem et filiam simpliciter vel ad cautelam, etiam prout justum fuerit, ac a quibusuis sententiis censuris et penis ecclesiasticis, etiam si in illis per annum et vltra insorduerint, absoluendi, ac eandem Guiomaram in domo eiusdem Francisci Comitis sui genitoris manutenendam et eam ex inde extrahi et alibi quam in dicta domo sui genitoris ipso inuito deponi, cum, sicut idem Franciscus etiam asserit, si illa a domo genitoris huiusmodi exiret et alibi deponeretur inneatur eundem Johannem marchionem, qui maxima inibi potentia pollet, eandem Guiomaram a quocumque alio loco etiam religioso quam a domo sui patris, in qua etiam propter potentiam sui patris tutam et securam se credit existere, non absque maximis hominum clade et scandalo per vim et violentiam rapturum nullatenus permittendi, et quoscumque attemptatores et contradictores censuris ecclesiasticis et aliis grauissimis penis innodandi, ac matrimonium cum eodem Johanne marchione contractum si quod sit impedimento cum sanguinitatis huiusmodi obstante nullum et inualidum nulliusque roboris vel momenti fuisse et esse prout de jure decernendi et declarandi; Et quascumque litteras dispensationis pro ipsius Johannis marchionis parte desuper, sine consensu seu supplicatione ipsius oratoris et eorum omnium quorum intererat, a sede seu penitentiaria prefatis forsan impetratas seu extortas, surreptitias et obreptitias, ac nullas et inualidas nulliusque roboris vel momenti fuisse et esse prout justum fuerit etiam declarandi, Ceteraque in premissis et circa ea necessaria seu quomodolibet opportuna prout juris ordo postulat et requirit fa-

Digitized by Google

ciendi et exequendi, ac vnum ex vobis seu ipsis Episcopis, qui solus in premissis omnibus et singulis procedere habeat, dummodo omnes quatuor simul aut superstites vestrum, si aliquis ex vobis interim ab humanis decesserit, diffinitiuam sententiam desuper ferendam proferatis inter vos deputandi, plenam et liberam facultatem et auctoritatem concedimus: Non obstantibus premissis ac felicis recordationis Bonifacii pape VIII predecessoris nostri de vna et de duabus dietis in concilio generali edita, dummodo vltra Quatuor dietas a fine sue diocesis aliquis auctoritate presentium non trahatur, et aliis constitutionibus et ordinationibus apostolicis, necnon legibus Regalibus et statutis municipalibus, priuilegiis quoque indultis et litteris apostolicis, tam dicto Johanni marchioni quam etiam super judicibus extra Regnum predictum non eligendis, ac alias per sedem predictam concessis confirmatis et etiam itteratis vicibus innouatis, necnon quibusuis aliis cause et causarum huiusmodi commissionibus super premissis pro dicti Joannis marchionis parte a sede predicta forsan impetratis, quarum tenores pro hic sufficienter expressis et de verbo ad verbum insertis haberi volumus, etiam si in eis caueatur quod quecumque alie causarum commissiones contra illas resignande aliter quam manu nostra et pro Johannis marchionis predicti parte impetratis commissionibus in illis proinsertis nullius essent roboris vel momenti, quibus omnibus etiam si ad eorum sufficientem derogationem de illis eorumque totis tenoribus specialis specifica expressa et indiuidua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu queuis alia expressio habenda foret, tenores huiusmodi pro sufficienter expressis ac de verbo ad verbum insertis habentes, hac vice duntaxat harum serie specialiter et expresse derogamus, Ceterisque contrariis quibuscumque. Aut si dicto Joanne marchione, vel quibusuis aliis comuniter vel diuisim a prefata sit sede indultum quod interdici suspendi vel excommunicari non possint, per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem.

Datum . . . . [1].

[1] ARCH. NAC., Maç. 12 de Bullas n.° 16. — *Le-se no sobrescripto*: Dilectis filiis Francisco de Gata Archidiacono et Francisco Gomes Canonico ecclesie Ciuitatensis. — Copia.

Digitized by Google

Breve do Papa Clemente VII, dirigido a el-Rei.

1530—Março 25.

Clemens Episcopus etc. Carissimo in Christo filio nostro Joanni Portugallie et Algarbiorum Regi illustri. — Carissimi in Christo fili noster, salutem et Apostolicam Benedictionem.

Post captam ab immanissimis fidei nostre hostibus Rhodum, quod nunquam sine summo animi dolore commemorare possumus, antiquissimum et nobilissimum Sancti Johannis Hierosolymitani ordinem adeo illinc misere expulsum ita excepimus et complexi sumus ut et communis nostra in omnes Christifideles paterna charitas, et privata in eos benivolentia postulare in primis videbatur. Atque ut ammissa illa totius ordinis veluti communis patria, illoque propugnaculo fortissimo, in quo non se ipsos modo, sed universam pene christianitatem ab hostibus eisdem tutissimam reddebat, aliquem illis locum procuraremus, quo suo ipsorum more convenire possent, ibidemque consistere, indeque terra aut mari, sicuti semper fecerunt, adversus eosdem hostes se exercere, cumque nil in praesentia haberemus quod magis opportunum videretur, civitatem nostram Viterbii illis commodavimus. Secuta deinde alme Urbis expugnatione, eiusque atque omnium fere propinquorum locorum direptione vastationeque, commodius sibi futurum sunt arbitrati se Nicaeam conferre, ut, approbantibus nobis, se contulerunt ibi quandiu fuerunt. Nos etsi magnis angustiis et rerum difficultatibus oppressi, non tamen unquam destitimus quin operam omnem et opem cum nostram prestaremus, tum Christianorum Principum procuraremus, quam vel commodo illis, vel honori futuram arbitraremur. Ac cum illa praeterea ex Orientis partibus spes illuxisset Rhodum ipsam aliquando recuperandi, essetque ab ipsius ordinis prudentissimis viris multis rationibus nobis confirmata; cumque quanti res momenti esset videremus, quantique non illorum tantum, sed omnium christianorum interesset, nec talem occasionem praetermittendam esse existimavimus, omnemque diligentiam adhibuimus ut Christianis principibus re communicata, auxilioque cum nostro ab iis impetrato santissima sus-

Digitized by Google

ciperetur expiditio, atque ad optatum finem perduceretur Quo per dilectum filium Antonium Bosium facto, hominem ex eodem ordine summae cum sedulitatis tum prudentie, summique in ipsum ordinem amoris, reque ab eodem ipso in optimum statum redacta, sicuti tibi is potuit declarare cum eadem de re ad te aliosque principes non semel est missus. Jam ordo ipse Melitam erat profectus ut res inde occultius fieri posset, iamque classis instructa et omnia parata erant, nihilque ad solvendum, remque aggrediendam expectabatur, praeter Antonium ipsum rei peragendae modum allaturum, quando incerti primum ex Venetiis et Genua, tum deinde ex nonnullis qui ad nos de illis locis confugerunt, veri allati sunt nuntii, rem omnem hostibus proditam et detectam esse; quod quanto nos dolore percusserit, facile tua Serenitas potest considerare. Hoc nuncio Melitam allato, dilectus filius Philippus Villiers la leadam [1] Ordinis ipsius magister et qui cum eo parati expectabant, cum suae antiquae sedis hoc tempore recuperandae omnem sibi spem ereptam, frustraque tantum laboris susceptum, tantumque impensae factum esse intelligerent, iam defessi huc illuc per aliorum loca divagari, idque neque ex ipsius ordinis, nec adeo e christianorum aut re aut dignitate esse arbitrantes, Habito inter se de rebus suis conventu, Syracusis oratores miserunt, qui nomine totius ordinis carissimo in Christo filio nostro Carolo Romanorum Imperatori semper augusto tuae Serenitatis sororio, quem venire in Italiam audiebant, Melitam et Gaudisium denuo, atque etiam simul Tripolim peterent, etenim loca illa ut apposita sunt et mari et terrae, sic sibi rebusque suis agendis exercendisque adversus Christi hostes viribus, maxime accommodata ixistimarunt. Cumque ut mediis nobis in eo uterentur miserint, nos eorum consilium ex Oratoribus ipsis, necnon dilecto filio Bernardo Salviato Urbis Priore nostro secundum carnem nepote, generalique ordinis procuratore percipientes, et valde approbavimus, atque pro etiam nos et operam nostram interposuimus, ipsique quod petebant impetrarunt. In quo sane ut omnibus in rebus ad Dei honorem spectantibus, idem Serenissimus Caesar sororius tuus solitam suam pietatem, et praestantissimam animi virtutem plane ostendit. Et quoniam ordo ipse nihil a se recte factum esse existimat, nisi Principibus omnibus christianis in eo satisfaciat, haec nos ad Serenitatem tuam scripsimus, ut et

[1] *Léa-se:* de l'Ile-Adam.

Digitized by Google

rem omnem intelligat, et eam ut pro rerum ac temporum occasione non nisi recte factam, sicuti et nos fecimus comprobare velit; quod te facturum confidimus, atque ordini eidem quantum res ipsa postulat gratulaturum. Nam ad eum praeterea et res eius omnes tua protectione amplectendum, et quoties opus fuerit iuvandum, ex eo quod tua serenitas in ipsa expeditione et in caeteris rebus adhuc fecit facile perspicere possumus nulla te egere nec nostra, nec ullius alterius hortatione. Verum illud in Domino speramus, ipsum eundem ordinem si paulum respirare illi, ac sistere pedem licuerit, pristinum decus et robur adversus hostes ipsos recuperaturum, ostensurumque omnibus non tantum in amissi loci opportunitate positum spei antea fuisse, quantum in sua ipsorum fide atque virtute, Deo coadiuvante, est ponendum. Quae nostra ne inanis sit spes, et ut Deus ipse faciat precamur, et nos quantum cum eo unquam poterimus semper facturi sumus. Quod vero ad Serenitatem tuam pertinet, etsi pro ipso ordine nihil factura est quod ab ea sit nobis non expectatum, id tamen quam gratissimum nobis est futurum, nec minus nos quam ordinem tibi in eo perpetuo devincturum.

Datum Bononiae, sub annulo Piscatoris, die XXV Martii MDXXX, anno septimo [1].

Breve do Papa Clemente VII.

1530—Maio 13.

Clemens papa VII Ad perpetuam rei memoriam.

Juxta Pastoralis officij debitum circa ecclesiarum quarumlibet, praesertim curam animarum habentium, et personarum earundem statum, dante Domino salubriter dirigendarum sollicite vigilantes, in iis per quae earum incommoda propulsentur, ac indemnitatibus prouideatur, libenter eis assistimus, et quae in earum uergunt preiudicium, ne conteutiones et scandala oriantur, ad statum debitum sublato desuper omni ambiguitatis velamine quantum possumus reducere studemus. Dudum siquidem felicis recordationis Leo papa X, praedecessor noster, Motu proprio tot Praeceptorias militiae Jesu Christi Cistertiensis ordinis, quot infra terminum

[1] Copia autentica extrahida do Archivo do Vaticano.

Digitized by Google

vnius anni ex tunc computandum et sub inuocationibus, quae clarae memoriae Emanueli Portugalliae et Algarbiorum Regi, tunc in humanis agenti, et dictae militiae Regni Portugalliae administratori deputato viderentur, in Monasterio conuentu seu militia huiusmodi per quasdam erexit, ac tot bona et jura Monasteriorum et Prioratuum vsque ad summam viginti milium ducatorum, si tot iuxta formam tunc expressam dismembrari poterat, Alioquin pro eo quod in dicta summa deesset ex Parrochialibus ecclesiis per eundem Emanuelem Regem exprimendis et declarandis vsque ad dictam summam Vigintimilium ducatorum, Saltem pro singulis earundem ecclesiarum Rectoribus portione sexaginta ducatorum reseruata, dismembrauit et separauit. Illaque sic separata et dismembrata Praeceptoriis sic erectis proportionabiliter pro earum dotibus perpetuo applicauit, ac dicto Emanueli ac pro tempore existenti Portugalliae et Algarbiorum Regi nominandi ad singulas Praeceptorias singulos milites, qui contra infideles militassent, et post nominationem huiusmodi per tempus per ipsos Reges statuendum contra ipsos infideles militarent, vel aliàs benemeriti forent, facultatem concessit. Necnon erectiones, dismembrationes, separationes, appropriationes ac nominationes per Emanuelem et alios Reges praefatos faciendas ex tunc prout ex ea die, non ficte sed vere, suum verum et plenarium in omnibus et totalem effectum sortitas esse, dictasque nominationes vim ualidarum perfectarum et efficacium apostolicarum prouisionum habere. Ita quod liceret ipsis militibus ad Praeceptorias erectas per Regem praefatum nominatas cedentibus vel decedentibus tunc Monasteriorum Abbatibus et Prioratuum Prioribus ac Parrochialium ecclesiarum, a quibus bona dismembrauerat et Praeceptoriis huiusmodi applicauerat Rectoribus siue Monasteria Prioratus et ecclesias huiusmodi quomodolibet dimittentibus, et illis quibusuis modis, etiam apud sedem apostolicam vacantibus, bonorum dismembratorum et applicatorum et pro dotibus assignatorum huiusmodi corporalem et actualem possessionem per se vel alium seu alios propria auctoritate libere apprehendere, illorumque fructus redditus et prouentus in suos et Praeceptoriarum huiusmodi vsus et vtilitatem conuertere, Ordinariorum locorum licentia super hoc minime requisita, Mandans Episcopo Septiensis et Ministro Domus Sanctae Trinitatis Vlixbonensis pro tempore existentibus, eorum conscientias super hoc onerando, quatenus ipsi vel eorum alter per se vel alium fructus, redditus, prouentus, census, obuentiones, et emolumenta a dictis Monasteriis Priorati-

Digitized by Google

bus et Parrochialibus ecclesiis separata et dismembrata pro dotibus huiusmodi, saluis modificationibus et reseruationibus praefatis, designarent, nominarent et assignarent. Ipsumque Regem et milites nominatos ad Praeceptorias in earum et ad bonorum praedictorum possessionem inducerent et inductos defenderent, amotis ab eis cedentibus vel decedentibus tunc Abbatibus Prioribus seu Monasteriis Prioralibus seu Parrochialibus ecclesiis huiusmodi alias quouismodo, etiam apud sedem praedictam vacantibus, quibuslibet illicitis detentoribus, facerentque de ipsorum bonorum pro dotibus applicatorum fructibus, redditibus, prouentibus, juribus et obuentionibus vniuersis integre responderi. Et donec idem praedecessor, cupiens ne quisquam in assecutione bonorum separatorum pro dote Praeceptoriarum huiusmodi jure conqueri possit, per alias tunc in dicto Regno Nuncio suo commisit et mandauit vt diligenter adhibita cura in tali discussione per eum habita vt Monasteria Prioratus et Parrochiales ecclesiae vltra debitum in assignatione bonorum pro dote personarum separatarum huiusmodi non grauarentur seu onerarentur: ac postmodum pro parte eiusdem Emanuelis Regis dicto praedecessori exposito Quod licet praefatus Nuncius posteriorum litterarum huiusmodi uigore in iis, quae ratione bonorum in dictis Monasteriis dismembratorum ex Praeceptoriis pro illarum dote assignatorum Monasteria ipsa non grauarentur, Tamen dismembratio et separatio bonorum a dictis Monasteriis non fuerat recepta a personis dicti Regis grato animo diminutis fructibus eorundem Monasteriorum illorum Abbatis dignitatem suam Abbatialem talem vt decebat tenere, ac onera incumbentia ex reliquis fructibus commode perferre et jura Camerae Apostolicae ex illorum vacatione debita commode persoluere non poterant; Et quod si separatio fructuum, reddituum et prouentuum, censuum, jurium et emolumentorum praedictorum a dictis Monasteriis pro illorum dote applicatio cassarentur et annullarentur, et eadem quantitas fructuum, reddituum, censuum, prouentuum, jurium et emolumentorum aliarum Parrochialium ecclesiarum in Regno et Dominio eiusdem Emanuelis Regis consistentium, et ad collationem presentationem seu quamuis aliam dispositionem Archiepiscoporum, Episcoporum, Abbatum et aliarum personarum saecularium et quorumuis ordinum regularium spectantia ab illis, reseruata tamen illorum Rectoribus simili Portione sexaginta ducatorum, separaretur et dismembraretur, Et dictis Praeceptoriis, quibus fructus redditus et prouentus, ac census jura et emolumenta dictorum Mo-

Digitized by Google

diocesibus facere quomodolibet possunt, facere libere et licite valeat; ac Mense Episcopali sancti Jacobi huiusmodi pro eius dote fructus, redditus et prouentus incertos predictos, necon redditus annuos Quingentorum auri in auro largorum ex annuis redditibus ad ipsum Johannem Regem spectantibus, et per eum ad hoc liberaliter assignatos, perpetuo concedimus, assignamus, applicamus et apropriamus, ipsamque ecclesiam sancti Jacobi et illius pro tempore presulem eidem ecclesie Funchalensi ac illius pro tempore Archiepiscopo iure Metropolitico subiicimus, ac in Suffraganeam et Suffraganeum respectiue assignamus; necnon ius patronatus et presentandi infra annum, propter loci distantiam, nobis et Romano Pontifici pro tempore existenti personam idoneam ad ipsam ecclesiam sancti Jacobi, quoties illius vacatio, hac prima vice excepta, occurrerit, per Nos et Romanum Pontificem pro tempore existentem in eiusdem ecclesie sancti Jacobi Episcopum et Pastorem ad presentationem huiusmodi preficiendum eidem Johanni ac pro tempore existenti Regi Portugallie perpetuo reseruamus et concedimus: Non obstantibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis, ac dicte ecclesie Funchalensis etiam iuramento confirmatione apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis, statutis et consuetudinibus, ceterisque contrariis quibuscunque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre separationis, dimembrationis, exemptionis, liberationis, erectionis, institutionis, applicationis, apropriationis, assignationis, reseruationis et concessionis infringere, uel ei ausu temerario contrarie. Siquis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis dei, ac beatorum Petri et Pauli Apostolorum eius, se nouerit incursurum.

Datum Bononie Anno Incarnationis dominice Millesimo quingentesimo trigesimo secundo, Pridie Kalendas Februarum, Pontificatus nostri Anno Decimo [1].

[1] Arch. Nac., Maç. 18 de Bullas, n.º 18.

Digitized by Google

Cedula consistorial.

1533—Janeiro 31.

Reuerendissime et illustrissime domine domine mi Colendissime.

Hodie Sanctissimus in christo pater et dominus noster dominus Clemens diuina prouidentia papa VII, in suo consistorio secreto, vt moris est, ad relationem meam, Cum sanctitas sua ecclesiam funchalensem in insula madere regni portugallie consistentem, olim per felicis recordationis leonem papam X in cathedralem erectam et sedi apostolice immediate subiectam, que de iure patronatus Serenissimi domini Joannis Portugallie et Algarbiorum Regis ex priuilegio apostolico, cui non est hactenus in aliquo derogatum, existit, Tunc per obitum bone memorie Didaci, olim Episcopi funchalensis, extra romanam curiam defuncti, vacantem, in metropolitanam ecclesiam cum archiepiscopali dignitate, de Reuerendissimorum dominorum meorum sancte romane ecclesie Cardinalium consilio, apostolica auctoritate erexisset et instituisset, ac parrochialis ecclesia sancti michaelis, seu alias in literis exprimenda, in insula sancti michaelis eiusdem regni, cui per vicarium perpetuum in diuinis deseruiri consueuerat, insignis et nobilis ac cathedrali honore digna censeretur, ad omnipotentis dei laudem et gloriam et honorem beatissime et gloriosissime semper virginis marie eius genitricis, Necnon totius curie celestis iubilationem, prefato Joanne Rege hoc eidem sanctitati sue supplicante, de simili eorundem Reuerendissimorum dominorum meorum consilio, et apostolice potestatis plenitudine, oppidum, seu pagum, in quo dicta ecclesia sancti michaelis, siue alias nuncupata, consistit, ciuitatis titulo insigniuit, illudque in Ciuitatem, que Sancti Michaelis nuncupetur, ac dictam ecclesiam Sancti michaelis in Cathedralem sub eadem inuocatione pro vno episcopo sancti michaelis nuncupando, qui illi presit ac illius edificia ampliari et ad formam cathedralis ecclesie redigi faciat et procuret, necnon in ea ac illius Ciuitate et diocese dignitates, Canonicatus et prebendas, aliaque beneficia ecclesiastica cum cura et sine cura erigat et instituat, et alia spiritualia conferat atque seminet, prout pro diuini cultus augmento

Digitized by Google

et animarum salute cognouerit expedire, cum sede et aliis insigniis ac iurisdictionibus episcopalibus, necnon priuilegiis, immunitatibus et graciis, quibus alie Cathedrales ecclesie et alii presules dicti regni de iure, vel consuetudine vtuntur, potiuntur et gaudent, ac vti potiri et gaudere poterunt quomodolibet in futurum, apostolica auctoritate erexit et instituit, ac perpetuam vicariam ipsius erecte ecclesie dignitatem Inibi post pontificalem maiorem esse, et modernum ipsius ecclesie perpetuum vicarium illam absque alia prouisione sibi desuper facienda retinere posse voluit; Necnon insulam sancti michaelis, ac territorium seu districtum oppidi seu pagi huiusmodi, pro diocese illorumque Incolas et habitatores pro clero et populo, Ita ut episcopus sancti michaelis, qui pro tempore fuerit, in illis episcopalem jurisdictionem auctoritatem et potestatem libere exerceat, ac fructus etiam incertos dicte erecte ecclesie, iura episcopalia nuncupatos, qui per episcopum funchalensem pro tempore existentem, tanquam dictarum insularum ordinarium, percipi consueuerant, valore CCCLX ducatorum auri de camara secundum communem extimationem non excedente; Necnon annuos redditus ducatorum ducentorum auri in auro largorum ex annuis redditibus ad ipsum Joannem regem in dicta insula sancti michaelis spectantibus, de ipsius Joannis regis consensu, mense episcopali dicte ecclesie perpetuo concessit et assignauit et applicauit, ipsamque erectam ecclesiam inter alias Archiepiscopo funchalensi pro tempore existenti subiecit, et illius presulem pro suffraganeo concessit et assignauit; ac jus patronatus et presentandi infra annum, propter loci distantiam, personam idoneam ad dictam erectam ecclesiam quotiens illius vacatio, hac prima vice excepta, pro tempore occurrerit, romano pontifici pro tempore existenti per eum eiusdem ecclesie Episcopum et Pastorem ad presentationem huiusmodi preficiendam prefato Joanni et pro tempore existenti Portugalie et Algarbiorum Regi perpetuo reseruauit et concessit. Et insuper prefate erecte ecclesie sic ab eadem primeua erectione vacanti de persona domini Emanuelis de noronha clerici in literis exprimendi, In presbiteratus ordine constituti, de simili consilio dicta auctoritate prouidit, ipsumque illi in episcopum prefecit et pastorem, curam et administrationem eiusdem erecte ecclesie sibi in spiritualibus et temporalibus plenarie committendo; ac cum eodem Emanuele, vt statum suum iuxta pontificalis dignitatis exigentiam decentius tenere valeat, quod etiam postquam in vim prouisionis et prefectionis predicte pacificam possessionem seu quasi regiminis et adminis-

Digitized by Google

trationis dicte erecte ecclesie ac Illius bonorum seu maioris partis eorum assecutus fuerit, Et munus consecrationis susceperit, omnia et singula beneficia ecclesiastica, cum cura et sine cura, secularia, et quorumuis ordinum regularia, que etiam ex quibusuis concessionibus et dispensationibus apostolicis in titulum et commendam ac vi inuicem seu aliis etiam ad tempus vnita et alias obtinet; Necnon in quibus et ad que ius sibi quomodolibet competit quecumque quodcumque eì qualiacumque sint, etiam si secularia, Canonicatus et prebendas, dignitates etiam maiores et principales, personatus, administrationes vel officia, etiam curata et electiua in Cathedralibus, etiam metropolitanis, vel collegiatis ecclesiis, Regularia vero beneficia huiusmodi, monasteria, prioratus, prepositure, prepositatus, dignitates, etiam conuentuales, personatus, administrationes, vel officia, etiam curata et electiua, et tam illa quam secularia beneficia huiusmodi de iure patronatus laicorum, ac inter eum et quoscumque alios litigiosa existant, vt prius quoaduixerit, etiam vna cum dicta erecta ecclesia quandiu illi prefuerit, retinere, ac in litigionis jus suum prosequi, consequi et habere, et non deductum deducere; necnon quibusuis reseruationibus, mandatis, gratiis, dispensationibus, indultis, regressibus, et accessibus, ac regrediendi et accedendi ad beneficia quecunque, etiam, vt prefertur, qualificata, et aliis facultatibus sibi quomodolibet concessis, vti, et beneficia sub illis comprehensa acceptare, et illa sibi conferri seu commendari facere, illaque, necnon si illa emineat beneficia litigiosa huiusmodi consequi, ac in titulum et commendam vt prius quoaduixerit retinere, ac quascunque pensiones annuas sibi super quibusuis fructibus, redditibus et prouentibus ecclesiasticis assignatas, etiam ut prius quoad uixerit percipere libere et licite valeat, motu proprio dicta auctoritate dispensauit; decernens beneficia obtenta et jus propterea non vacare, et commendas non cessare, ac vniones dissolutas non esse, necnon reseruationes, gratias, mandata, dispensationes, indulta, regressus et accessus, ac facultates non expirare, et pensiones huiusmodi extinctas non esse, irritum quoque etc. Ac voluit et concessit sanctitas sua beneficia per ipsum emanuelem obtenta, ac in quibus, et ad que jus sibi competit, illorumque qualitates, inuocationes, denominationes, ecclesias, situationes, Ciuitates, dioceses, ordines, dependentias, ac veros annuos valores, necnon pensionum predictarum quantitates, tam coniunctim, quam diuisim, et beneficiorum litigiosorum status litium, Necnon tenores gratiarum predictarum, si opus fuerit, exprimi,

Digitized by Google

seu in toto vel in parte pro expressis haberi posse, in literis absolueris eundem dominum Emanuelem a censuris ad effectum. In quorum fidem presentem cedulam fieri, et mei parui soliti sigilli jussi et feci impressione muniri, eamque manu propria subscripsi.

Datum Bononie in edibus nostre solite residentie Anno domini a natiuitate eiusdem millesimo quingentesimo trigesimo tertio, die vero vltima mensis Januarii, Pontificatus prelibati Sanctissimi domini nostri pape anno decimo. — *A. Cardinalis Sanctorum quatuor* [1].

Cedula consistorial.

1533 — Fevereiro 10.

Reuerendissime et illustrissime domine domine mi Colendissime.

Hodie Sanctissimus in christo pater et dominus noster dominus Clemens diuina prouidentia papa VII, In suo consistorio secreto, vt moris est, ad relationem meam, ecclesie funchalensis, que de iure patronatus serenissimi domini Joannis Portugallie et Algarbiorum Regis Illustris ex priuilegio apostolico, cui non est hactenus in aliquo derogatum, fore dignoscitur, et quam nuper, tunc per obitum bone memorie Didaci episcopi funchalensis, extra romanam curiam defuncti, vacantem, ipso Joanne rege id supplicante, sanctitas sua, de Reuerendissimorum dominorum meorum sancte romane ecclesie Cardinalium consilio, et apostolice potestatis plenitudine, in Archiepiscopalem ecclesiam erexit et instituit, a primeua eius erectione vacanti de persona Reuerendi patris domini martini a portugallia, presbiteri Elborensis, ipsius Joannis Regis nepotis, et apud sanctitatem suam et sedem apostolicam destinati oratoris, quem idem Joannes Rex ad hoc sanctitati sue per suas litteras nominauit, de simili consilio, dicta auctoritate prouidit, ipsumque illi in archiepiscopum prefecit et pastorem, primatum predictarum insularum, prout antea episcopi funcha-

[1] ARCH. NAC., Maç. 12 de Bullas, n.º 4. *Lê-se no verso do documento:* Copia cedule consistorialis de prefectione ecclesie Insule sancti michaelis pro D. Emanuele de Noronha.

Digitized by Google

lenses pro tempore existentes appellabantur, dici et esse voluit, curam et administrationem ipsius ecclesie funchalensis sibi in spiritualibus et temporalibus plenarie committendo, ac cum eodem martino, vt etiam postquam in vim prouisionis et prefectionis predicte pacificam possessionem, seu quasi regiminis et administrationis dicte ecclesie funchalensis, ac Illius bonorum seu maioris partis eorum assecutus fuerit, et munus conseruationis susceperit, omnia et singula beneficia ecclesiastica, cum cura et sine cura, secularia et quorumuis ordinum regularia, que etiam ex quibusuis concessionibus et dispensationibus apostolicis in titulum et commendam, ac vt inuicem seu aliis ad tempus vnita et alias obtinet, necnon in quibus et ad que jus sibi quomodolibet competit, quecunque, quotcunque et qualiacunque sint, etiam si secularia Canonicatus et prebende, dignitates etiam maiores et principales, personatus, administrationes, vel offitia, etiam curata et electiua, in Cathedralibus et metropolitanis, vel collegiatis ecclesiis; Regularia vero beneficia huiusmodi, monasteria, prioratus, prepositure, prepositatus, dignitates, etiam conuentuales, personatus, administrationes, vel officia, etiam curata et electiua, et tam illa quam secularia beneficia huiusmodi de iure patronatus laicorum, ac inter eum et quoscunque alios litigiosa existant, vt prius quoaduixerit, etiam una cum dicta erecta ecclesia, quamdiu illi prefuerit, retinere, ac in litigiosis jus suum prosequi, consequi et habere, et non deductum deducere; necnon quibusuis reseruationibus, mandatis, gratiis, despensationibus, indultis, regressis et accessis, ac regrediendi et accedendi ad beneficia quecumque, etiam vt prefertur qualificata, et aliis facultatibus sibi quomodolibet concessis, vti, et beneficia sub illis comprehensa acceptare, et illa sibi conferri seu commendari facere, illaque, necnon si illa emineat beneficia litigiosa huiusmodi consequi, ac in titulum et commendam vt prius quoaduixerit retinere, ac quoscunque fructus, reditus et prouentus ecclesiasticos loco pensionum annuarum, Necnon quasuis pensiones annuas sibi super similibus fructibus redditibus et prouentibus reseruatos et assignatos, etiam vt prius quoad uixerit percipere libere et licite valeat, motu proprio dicta auctoritate dispensauit, decernens beneficia obtenta et jus propterea non vacare, et commendas non cessare, ac vniones dissolutas non esse, necnon reseruationes, gratias, mandata, dispensationes, indulta, regressus et accessus, ac facultates non expirare, et reseruationes fructuum et pensiones huiusmodi extinctas non esse, irri-

Digitized by Google

tum quoque etc. Ac voluit et concessit sanctitas sua Beneficia per ipsum martinum obtenta, ac in quibus et ad que jus sibi competit, illorumque qualitates, inuocationes, denominationes, ecclesias, situationes, ciuitates, dioceses, ordines, dependentias, ac veros annuos valores; Necnon fructuum reseruatorum, et pensionum predictarum quantitates, tam coniunctim quam diuisim, et beneficiorum litigiosorum status litium, Necnon tenores gratiarum predictarum, si opus fuerit, exprimi, seu in toto vel in parte pro expressis haberi posse in literis, absolueris eundem dominum Martinum a censuris ad effectum. In quorum fidem presentem Cedulam fieri et nostri parui sigilli impressione muniri fecimus, eamque manu propria subscripsimus.

Datum Bononie in edibus nostre solite residentie, anno a natiuitate domini millesimo quingentesimo trigesimo tertio, die vero decima mensis februarii, Pontificatus prelibati Sanctissimi domini nostri pape anno decimo. — *A. Cardinalis Sanctorum quatuor* [1].

Moto proprio do Papa Clemente VII.

1533 — Fevereiro 16.

Motu proprio etc. Venerabili fratri Henrrico Archiepiscopo Elborensi, Charissimi in christo filii nostri Johannis Portugallie et Algarbiorum Regis Illustris fratri germano, vt statum suum iuxta pontificalis dignitatis exigentiam decentius tenere valeat, de alicuius subuentionis auxilio prouidere volentes, sancti Johannis de tarouca, cuius ad cccc et mouem, ac sancti michaelis de Refoyos, cuius ad cccc, necnon beate marie de ceiça, cuius ad LXVI cum duobus tertiis alterius similis floreni, et cuius ad quinquaginta florenos auri de camera in libris camere apostolice taxati reperiuntur, sancti Johannis de longovares monasteria, ac cuius super quibus pensio annua Centum ducatorum auri de camera dilecto filio nostro marcello tituli sancte Crucis in hierusalem, presbitero Cardinali

[1] ARCH. NAC., Maç. 13 de Bullas, n.º 8. *Diz no verso:* Copia cedule consistorialis de prefectione ecclesie metropolitane funchalensis pro D. Martino a portugalia.

Digitized by Google

Cernino nuncupato, illam annuatim percipienti apostolica auctoritate, vt accepimus, reseruata existit, cccc ducatorum similium fructus etc. secundum communem extimationem valorem annuum non excedunt; prioratum monasterii per priorem gubernari soliti de Carquere, Cisterciensis et sancti Benedicti ac sancti augustini canonicorum regularium seu aliorum ordinum, Lamacensis et Bracharensis ac Colimbriensis et forsan, seu alias, septensis, vel aliarum diocesium, que quondam Eduardus electus Bracharensis ex concessione et dispensatione apostolica in commendam, dum viueret, obtinebat, commenda huiusmodi per obitum dicti Eduardi electi extra Romanam Curiam in nouembris proxime preterito, seu alio in litteris exprimendo mense, defuncti cessante, adhuc eo quo, dum eidem Eduardo electo commendata fuerunt, vacabant modo vacantia quibusuis modis, quos, etiam si ex illis queuis generalis reseruatio etiam in corpore iuris clausula resultet, haberi volumus pro expressis, et ex quorumuis personis seu per liberas quorumuis cessiones de regimine et administratione monasteriorum, aut resignationem de prioratu huiusmodi in dicta curia et nostris seu alicuius predecessoris nostri manibus, ac apud sedem apostolicam vel extra eam, etiam coram notario publico et testibus spontefactis, aut prioratus huiusmodi per constitutionem execrabilis vel assecutionem etc. vacent, etiam si deuoluta, et dictus prioratus affectus specialiter vel ex quauis causa in litteris etiam dispositione exprimen. generaliter reseruatus, curatus, electiuus, Conuentualis, et tam ille quam monasteria huiusmodi litigiosa, cuius litis statum etc. existant, et ex quauis causa prouisio dictorum monasteriorum ad dictam sedem specialiter, vel generaliter pertineat, ac de illis consistorialiter disponi consueuerit seu debeat, eidem Henrrico Archiepiscopo per eum quoaduixerit, etiam vna cum ecclesia Elborensi, cui preesse dinoscitur, ac omnibus et singulis aliis monasteriis et beneficiis ecclesiasticis, cum cura et sine cura, secularibus et regularibus, que in titulum et Commendam ac alias obtinet et imposterum obtinebit, ac fructibus etc. ecclesiasticis; necnon pensionibus annuis etc. tenenda etc., Ita quod liceat sibi de fructibus etc., Commendamus. Ac persone seu personis per nos nominande seu nominandis, vt commodius sustentari valeant, de alicuius subuentionis auxilio prouidere volentes, vnam seu duas aut plures pensionem annuam seu pensiones annuas mille ducatorum auri similium super de tarouca et de Refoios ac de ceiça et de longovares monasteriorum, necnon prioratus predictorum

Digitized by Google

fructibus, etc. etiam si super illis alie pensiones annue aliis assignate sint, et omnes pensiones huiusmodi insimul medietatem eorundem fructuum etc. respectiue excedant, seu omnes illos absorbeant, persone seu personis huiusmodi, quoad uixerint, vel eorum procuratoribus legitimis per dictum Henrricum Archiepiscopum et successores suos de tarouca et de Refoios ac de ceiça et de longovares monasteria, necnon prioratum huiusmodi in titulum vel commendam, aut alias pro tempore obtinentes in Romana curia, et terminis in litteris statuendis, annis singulis sub sententiis, censuris et penis in similibus apponi solitis, integre persoluendam seu persoluendas, reseruamus, constituimus et assignamus de gratia speciali, non obstantibus nostra de non expediendis litteris alicuius pensionis annue nisi de consensu illam soluere habentis, et lateranensis concilii nouissime celebrati pensiones annuas super fructibus etc. monasteriorum assignari prohibentis, ac quibusuis aliis constitutionibus et ordinationibus apostolicis statutis etc. necnon priuilegiis, indultis et litteris apostolicis sub quibuscumque tenoribus et formis, ac cum quibusuis clausulis et decretis, etiam contra commendas quomodolibet concessis etc. quibus omnibus in litteris latissime extendeñ. etiam si de eis etc. illorum tenores etc. hac uice dumtaxat specialiter et expresse derogamus et sufficienter derogatum esse decernimus, Ceterisque contrariis quibuscumque, cum clausulis opportunis et consuetis. — *Fiat vt petitur. A.*

Et cum absolutione a censuris ad effectum etc. tam pro Henrrico Archiepiscopo, quam personis vt prefertur nominandis, etiam in casibus regulle de insordesceñ. cum opportuna illius derogatioue et obstantie beneficiales Henrrici Archiepiscopi ac personarum nominandarum, necnon veri et vltimi monasteriorum et prioratus predictorum vacationum modi, etiam si ex illis queuis generalis reseruatio etiam in corpore iuris clausula resultet, habeantur pro expressis, seu in toto, vel in parte exprimi possint, Et cum clausula generalem reseruationem importañ. qualiscunque sit et ex quauis causa resultet, etiam dispositione exprimeñ. Et de monasteriis ac prioratu predictis in commendam ad vitam pro eodem Henrrico Archiepiscopo, etiam vna cum ecclesia Elborensi ac aliis obtentis et obtinendis, ac fructibus etc. ecclesiasticis, necnon pensionibus annuis etc. Ita quod liceat sibi de fructibus, Et littere in forma simplicis, vel

Digitized by Google

noue commende perinde et etiam valere gratie, si neutri, si nulli, si alteri surrogationis etiam quoad possessionem cum derogatione regule de non surrogandis, non collitigañ. aut alias, prout vtilius videbitur, exprimeñ. seu pro expressis habendo statum et merita litium et causarum desuper forsan pendentium, ac nomina et cognomina judicum et collitigantium, ac jus et titulos etiam infectiuos eorum simul, vel separatim expediri possint; Et cum gratificatione opportuna pro eodem Henrrico Archiepiscopo quatenus illi locus sit, etiam contra pariter vel magis gratificatos et qualificatos latissime extendeñ.; Et de vna seu duabus aut pluribus pensionibus annuis insimul mille ducatorum similium, que transeant ad successores, et quouis pretextu, etiam ad successorum predictorum instantiam, ad minorem sumam reduci, aut anullari, vel inualidari non possint, cum decreto desuper opportuno latissime extendeñ. pro persona, seu personis per nos vt prefertur nominandis, et cum derogatione regule de consensu in pensionibus prestando, et dicti lateranensis concilii ac statutorum etc. necnon priuilegiorum, indultorum et litterarum apostolicorum forsan contrariorum, quorum omnium tenores latissime exprimi possint; adeo vt omnia tollantur et in aliquo non obstent, Et quod premissorum omnium et singulorum etiam qualitatum, inuocationum, denominationum annexorum et fructuum, etiam secundum communem extimationem exprimendo, ac augendo, vel minuendo, quantum opus fuerit, regula non obstante, necnon cognominum ordinum, dependentiarum, aliorumque necessariorum maior et verior specificacio fieri possit in litteris super vnoquoque premissorum, in vna non facta mentione de aliis, prout videbitur ad partem expediendis [1]. *(A' margem) Fiat. A.*

Comenda monasteriorum ad supplicationem Serenissimi Domini Regis portugallie cum pensione mille ducatorum pro persona seu personis per Sanctitatem vestram nominandis [2].

Roma apud Sanctum petrum XIIII. Kalendas Martii anno X. [3].

[1] *Esta segunda parte do documento está escripta em linhas mais curtas.*

[2] *No fundo da pagina, e por outra letra.*

[3] ARCH. NAC., Maç. 14 de Bullas, n.º 22, *No verso do documento lê-se:* Pera el-Rey nosso Senhor.—Treslado da suppricação assinhada por Sua Sanctidade sobre os mosteiros que vagarom por falecimento do Senhor Dom Duarte que deos them.

Digitized by Google

Bulla do Papa Clemente VII.

1533 — Abril 7.

Clemens episcopus servus servorum dei ad futuram rei memoriam. Sempiterno Regi, qui gregem suum nobis licet immeritis sua clementia et pietate commisit, eiusdem nobis crediti gregis in extremo judicio rationem reddituri, summis studiis, quos ab equitatis (et) justicie limitibus humani generis emulus suis suggestionibus sepe diuertit, saluatori nostro, qui non mortem sed penitentiam desiderat peccatorum, ut in ipsa ratione reddenda diuinae justiciae possimus euadere ultionem, reconciliare studemus ; et qui suos detestari uoluerint errores, (ut) sorde mundati, illius, qui misericordiarum pater est, gratiam consequi mereantur, ac juris mitigando rigorem apostolicis fauoribus et gratiis confouemus, eorumque saluti prouidemus, prout personarum et temporum qualitate pensata, conspicimus salubriter expedire. Dudum siquidem per nos accepto quod in plerisque partibus Regni Portugalliae et Dominiis Charissimi in christo filii nostri Johannis, Portugalliae et Algarbiorum Regis Illustris, Nonnulli ex hebraica perfidia ad christianam fidem conuersi, christiani noui nuncupati, ad ritum Judeorum a quo discesserant redire, et alii, qui nunquam hebraicam sectam professi erant, sed christianis parentibus procreati, ritum eundem obseruare, et alii lutheranam ac alias deprauatas hereses et errores sequi, ac sortilegia heresim, manifeste sapientia instigante humani generis inimico, committere non uerebantur, in grauissimam diuinae maiestatis offensam et orthodoxe fidei scandalum : Nos, ne huiusmodi pestes in perniciem aliorum fidelium sua uenena diffunderent, Dilectum filium Didacum de Sylua, ordinis fratrum minimorum Sancti Francisci de Paula professorem, in nostrum et apostolicae sedis commissarium, ac super premissis inquisitorem in Regno et dominiis predictis, cum plena facultate contra de huiusmodi Criminibus reos aut suspectos inquirendi, eosque carcerandi puniendi et corrigendi, per quasdam constituimus et deputauimus, Et deinde, ex certis rationabilibus causis, predictas et quascunque alias litteras nostras, ac per illas eatenus

Digitized by Google

eidem Didaco, et quibusuis aliis, etiam locorum ordinariis super premissis concessas facultates et commissiones, per alias nostras litteras ad nostrum beneplacitum suspendimus, Venerabili fratri Marco Episcopo Senogalliensi, apud eundem Regem nostro et dictae sedis Nuncio, inter alia dantes in mandatis ut Didaco et ordinariis predictis, ac aliis inquisitoribus posteriores litteras predictas intimaret, et suspensionem ipsam inuiolabiliter obseruari faceret, prout in singulis litteris predictis plenius continetur. Nos autem, qui non sine graui mentis nostrae perturbatione accepimus quod nonnulli ex suspectis de criminibus predictis a quadraginta annis, uel circa, ex judaismo et mahometica, ac aliis sectis, quibus tunc obcecati erant, ad fidem christi et illius sacrum baptisma suscipiendum coacti fuerunt; alii uero, licet sponte sua conuersi seu de parentibus christianis procreati fuerunt, tamen ob predictorum indiscreta commercia, uel alias diabolica instigatione persuasi, etiam in predictas et alias diuersas hereses et errores eodem instigante inimico lapsi fuerunt, aliique quamplurima crimina commiserunt et in dies labantur, Volentes ad premissorum extirpationem, circa quam maxima diligentia et perscrutatio necessariae existunt, Ita prouidere ut neque illi, qui de nouo conuersi sunt quod diligentia nostra, quam in illis ab erroribus preseruandis et in catholica fide confirmandis adhibere debemus, sibi defuerit, neque hii qui inter ecclesiae membra, propterea quod uiolenter baptizati fuerunt numerari non debent, quod contra omnem equitatem .et justitiam ab ecclesia tanquam christiani corrigantur et castigentur, juste conqueri possint, et circa reos antequam seuerae inquisitionis uim sentiant, Ita prouideatur ut inexcusabiliter in futurum se peccaturos esse intelligant; et interea boni a malis segregati diuinis laudibus deuotius insistere ualeant, Ac ipsi conuersi ob eorum conuersionem huiusmodi, propter quam honorari et fauoribus amplecti merentur, absque eorum culpa uituperari atque contemni a nobis non uideantur; nec ipsi aut alii predicti prius ecclesiasticae disciplinae gladium sentiant, quam christianae mansuetudinis linitatem et prouidentiam experti fuerint, et ex eisdem cecitatibus ad uerum lumen huiusmodi conuerti uolentes, aduersus seueritates et rigores juris huiusmodi aliquali benignitate et misericordia, ac spacio ad resipescendum gaudere ualeant, singularum predictarum, et aliarum quarumcunque per nos, ac etiam quoscunque alios Romanos Pontifices predecessores nostros super premissis, concessarum litterarum, ac sententiarum, proces-

Digitized by Google

suum et aliorum quorumcunque actorum hactenus contra eosdem suspectos et culpabiles latarum et formatorum tenores, ac omnium et singulorum tam nouiter conuersorum, quam aliorum vtriusque sexus super premissis culpabilium aut suspectorum, ac judicum quorumcumque nomina et cognomina, necnon heresum huiusmodi qualitates, quantitates, circunstantias et litium, ac causarum huiusmodi status et merita, ac alia forsan de necessitate exprimenda, presentibus pro expressis habentes, causasque ipsas, preterquam quoad relapsos, ad nos aduocantes, et lites huiusmodi penitus extinguentes, Motu proprio, non ad ipsorum suspectorum et culpabilium, uel quorumuis aliorum nobis super hoc oblate petitionis instantiam, sed de nostra mera deliberatione ac certa scientia, ac de apostolicae potestatis plenitudine, omnes et singulos utriusque sexus, tam nouiter conuersos quam alios quoscunque de premissis culpabiles aut suspectos ex dictis regnis et dominiis oriundos, ac in eis degentes, forenses et alienigenas undecunque uenerint, qui pro tempore publicationis presentium litterarum per eundem Marcum Episcopum et Nuncium, uel ab eo deputatos seu deputandos in singulis Ciuitatibus et diocesis regnorum et dominiorum huiusmodi faciende, in illis domicilium uel habitationem habuerint, ac etiam illorum filios, nepotes et descendentes, tam presentes quam absentes, seu qui ab eisdem regnis et dominiis alias recesserunt, etiam si exules et banniti fuerint, qui eidem Marco Episcopo uel alicui alteri ex sacerdotibus et confessoribus per eum ad id deputandis, presentes videlicet in Regnis et dominiis predictis infra tres, a die eiusdem publicationis, absentes uero ab eis, infra quatuor, seu plures aut pauciores, qui arbitrio Nuncii videbuntur esse necessarii, a die earundem presentium per eos habendae notitiae, computandos menses, predicta et alia quecunque, quotcunque et qualiacunque sua Crimina, excessus, delicta et peccata, confessi fuerint, ac quorum nomina et cognomina in aliquo libro uel memoriali per eosdem confessores descripta fuerint, etiam si illi ecclesiastici seculares, aut quorumuis ordinum regulares, et militiarum milites, ac in quibusuis gradibus, dignitatibus, et ordinibus constituti, et tam illi quam alii laici, et utriusque sexus personae cuiusuis status et conditionis existant, etiam si illi hactenus et in futurum dictis mensibus durantibus in Regnis et dominiis predictis, uel extra illa tanquam heretici sententialiter condemnati, et ut tales ipsi et illorum bona publicata, aut pro talibus accusati, inquisiti, publice uel occulte diffamati, et ut ta-

Digitized by Google

les habiti, reconciliati, et contra eos sententiae desuper latae et executae, uel illi propterea carcerati extiterint, ab omnibus et singulis per eos eatenus perpetratis, etiam hereses, et ab eadem fide apostasias, blasphemias, et alios quoscunque, etiam maximos errores sapientibus, etiam quantumcunque grauibus et qualificatis peccatis, criminibus, excessibus, delictis, etiam sub generali expressione de jure uel alias non uenientibus et specialem notam requirentibus; necnon excommunicationum, suspensionum, interdictorum et aliis ecclesiasticis, ac temporalibus, corporalibus et etiam capitalibus sententiis, censuris, et penis, a jure uel ab homine, etiam a prefatis et qui pro tempore fuerint inquisitoribus hereticae prauitatis huiusmodi, premissorum, et alia occasione uel causa latis et promulgatis, etiam si in illis ab eisdem quadraginta, et ulterioribus annis insorduerint, ac illorum absolutio nobis et pro tempore existenti Romano pontifici, et eidem sedi, etiam juxta illarum, quae in die Coenae Domini legi consueuerunt, ac aliarum litterarum et processuum apostolicorum tenorem, et alias quomodolibet reseruata existant, quorum omnium qualitates, quantitates, et circunstantias presentibus etiam haberi uolumus pro expressis, a prauitatis uidelicet hereticae huiusmodi in utroque foro ciuili, criminali, contencioso, conscientiae, et animae penitus et plenarie, a reliquis uero criminibus, prauitatem huiusmodi non sapientibus, in foro conscientiae duntaxat, ex nunc prout ex tunc, et e contra, preuia quo ad forum conscientiae cordis contritione, et oris confessione, auctoritate apostolica tenore presentium absoluimus; Ac eosdem carceratos uel alias detentos, et exules, etiam a carceribus, exiliis, et bannis, quibus occasione criminum heresis et apostasiae, ac blasphemiae huiusmodi detenti et condemnati existunt, relaxamus et liberamus, ac relaxari et liberari mandamus; et tam illis quam aliis alia occasione uel causa detentis, uel exulibus, donec ab eis a quibus detinentur relaxentur, et ab eis ad quos id spectat saluus conductus ac aliae necessariae securitates eis concedantur, dicti menses currere non incipiant, dummodo tamen ipsi a die notitiae presentium litterarum in aliquam heresim cecidisse, uel in ueteri errore prestitisse non conuincantur, concedimus. Necnon cum eis tam presentibus quam quomodolibet absentibus, ac etiam cum clericis, et aliis secularibus, et quorumuis ordinum regularibus ecclesiasticis personis, etiam quecunque, quotcunque et qualiacunque beneficia ecclesiastica, secularia, et quorumuis ordinum regularia, etiam si secularia Canonicatus et pre-

Digitized by Google

bendae, dignitates, etiam maiores post Pontificales, et principales, ac Conuentuales personatus, administrationes et officia, etiam curata et electiua in Cathedralibus, etiam Metropolitanis, et collegiatis ecclesiis, Regularia vero beneficia huiusmodi Monasteria, etiam dignitates conuentuales, preceptoriae, etiam curate et electiue, et alias cuiuscunque qualitatis fuerint, obtinentibus, etiam si Archiepiscopali, Episcopali, Abbatiali, Magistrali, et alia quacunque dignitate prefulgeant, super irregularitate per eos premissorum heresum et apostasiae, uel blasphemiae criminum occasione uel causa, ac etiam qui sic ligati missas et alia diuina officia forsan, non tamen in contemptum clauium, celebrauerint, aut alias illis se immiscuerint, contracta; Et cum hiis qui promoti non sunt, ut ad omnes, etiam sacros et presbiteratus ordines promoueri, et in illis tam illi quam qui tunc etiam post dicta crimina perpetrata et absolutionem huiusmodi promoti erunt, etiam in altaris ministerio ministrare, ac beneficia ecclesiastica, etiam ut premittitur, et alias qualitercunque qualificata eis canonice conferenda recipere, illaque et alia per eos tunc obtenta retinere, ac etiam tam ipsi ecclesiastici et regulares ac Milites, quam laici et mulieres, eorumque filii, nepotes et descendentes, ad gradus, honores, ordines, officia, et alias qualitates assummi, illaque suscipere et exercere, ac illis et aliis similibus et dissimilibus iam susceptis uti; Necnon uestes sericeas et panni cuiuscunque, etiam rubei coloris, ac aurum, argentum, gemmas, et alia jocalia, necnon ensem et arma eorum statui condecentia deferre, super equos et mulas equitare, ac omnibus et singulis aliis priuilegiis, exemptionibus, fauoribus, gratiis, immunitatibus, libertatibus, et concessionibus, quibus alii christifideles, eorumque filii et nepotes, ac ab eis descendentes vtuntur, potiuntur, et gaudent, ac vti, potiri, et gaudere poterunt quomodolibet in futurum, vti, potiri et gaudere libere et licite ualeant in omnibus, et per omnia, per inde ac si ipsi, eorumque aui, proaui, parentes, et alii genitores ueri christiani fuissent, et nunquam a fide catholica deuiassent, de specialis dono gratiae dispensamus, eisque pariter indulgemus, omnemque inhabilitatis et infamiae maculam siue notam circa eos, premissorum occasione, tam ex propriis, quam illorum parentum, consanguineorum, et affinium culpis, et sententiis, earumque executionibus, et alias quomodolibet insurgentes, ab eis penitus et omnino abolemus, ac confiscationes bonorum, si quae eatenus factae fuerint, quorum tamen possessio pro eodem fisco apprehensa non fuerint, necnon

Digitized by Google

processus contra eos et eorum singulos formatos, sententiasque latas, ac dictis mensibus durantibus formandos et ferendas, necnon informationes, et alia quecunque acta et gesta ordinaria, et extraordinaria, in juditio, et extra, contra eos hactenus facta, ac ex nunc prout ex tunc, et e contra eisdem mensibus durantibus facienda, Quorum omnium tenores, status, et merita, etiam presentibus haberi uolumus pro expressis, cassamus, irritamus, delemus, et annullamus, Ac cassata, irrita, deleta, et annullata fore decernimus; Ipsaque bona sic confiscata et confiscanda, eis a quibus ablata fuerint, si eidem fisco incorporata non sint, remittimus, donamus, restituimus, eosque et illa in pristinum et eum, in quo ante premissa, et tempore quo baptizati fuerunt, erant, statum restituimus, reponimus, et plenarie reintegramus. Et insuper auctoritate et tenore supradictis statuimus et ordinamus quod Nuncius et singuli confessores predicti quibusuis eis durantibus mensibus supradictis confessis, etiam de dictis criminibus non culpabilibus, nec suspectis in dicto libro describendis, si id petierint, pro illorum super premissis tutiori cautela, aliquam cedulam uel scripturam authenticam manu propria subscriptam, uel ipsius Nuncii sigillo munitam, in testimonium premissorum gratis, et absque aliqua exactione, concedere possint et debeant; qua perpetuis futuris temporibus per eos exhibita uel ostensa, illam habentes uel etiam absque illa in dicto libro descripti et annotati, tuti et securi permaneant, et de predictis criminibus heresim et Apostasiam ac blasphemiam sapientibus per ipsos culpabiles uel suspectos perpetratis, usque ad diem datae eiusdem cedulae, uel testimonii, seu in eodem libro annotationis et descriptionis nullatenus inquiri possit: Ac quod premissorum occasione ipsis describendis, uel suas cedulas predictas habituris, et illorum filiis et descendentibus in nullo preiudicari, nec preiudicium afferri, nec reconciliati censeri, etiam ex eo quod dictorum delictorum seu aliquorum ex eis ueniam petierint, uel ab eis absoluti fuerint, nec etiam, qui forsan in aliquem predictorum errorum in posterum reinciderint, uel alias quomodolibet deprehensi extiterint, relapsi uideantur, nec aliquod indicium, etiam minimum contra eos oriri, allegari, uel deduci posse in judicio uel extra, indulgentia, remissio, et alia in damnum, iniuriam, uel aliud incommodum illorum retorqueri nequeant. Quodque, si aliqui iam sint condemnati de criminibus heresis huiusmodi, uel eorum crimina iam sint in judicio omnibus notorie probata, ipsi secundum ecclesie statuta errores suos abiurare, il-

Digitized by Google

lisque publice renunciare debeant, quibus abiuratis et renunciatis Idem Nuncius eius arbitrio penitentias eis iniungendas uel iniunctas, non tamen in alias publicas sed secretas penitentias commutare, ac reconciliatis, quibus aliqua publica penitentia per quoscunque judices et inquisitores fuerit iniuncta, etiam illam ueluti ipsi inquisitores eam commutare possent uel consueuerunt, in alia pietatis opera commutare, et cum illis dispensare ualeat: ac quod si ex supradictis condemnatis, uel inquisitis, accusatis, aut reconciliatis, seu relapsis fuerint aliqui, qui se contra justitiam grauatos esse asseruerint, ac propterea cupiant ut iterum eorum causae audiantur, liceat eis ad dictum Nuncium recurrere, et personaliter coram eo comparere, et se ipsos in eo statu, quo tunc esse reperientur, de integro defendere, Sic tamen quod si iterum in defensione sua ipsos succumbere contingat, tunc ob causam delictorum huiusmodi relapsi legitima pena puniantur; Ceteri uero secretam penitentiam suscipiant, que loco legitimae et canonicae penae, quam pati deberent, ipsius Nuncii arbitrio ipsis imponatur; Et nihilominus hii, qui relapsi non fuerint, presentibus litteris et illarum effectu gaudeant: Ac quod dicti condemnati, uel inquisiti, accusati uel reconciliati, si, quod absit, iterum in heresis crimen relabi eos contingat, pro relapsis puniri possint, habita tamen diligenti deliberatione: quod si ex ipsis aliqui fuerint, qui se uiolenter ad fidei sacramentum suscipiendum pertractos esse docuerint, illis non ita imputentur culpae, ut in posterum relapsorum pena teneantur: Quodque hii, qui publice de crimine heresis diffamati, non tamen conuicti, seu accusati fuerint, quorum perfidia ex publica uoce et fama ad aures ipsius Nuncii peruenerit, proprio iuramento, et duobus uel tribus testibus compurgatoribus fidedignis per eundem diffamatum eligendis, se ipsos secrete, et extrajudicialiter, coram Nuncio, uel ab eo deputandis predictis, seu eorum aliquo, purgare, seu crimina huiusmodi, de quibus diffamati fuerint, sua sponte, et cum iuramento secrete ac etiam extrajudicialiter coram eodem Nuncio, seu deputato aliquo, in presentia duorum testium, uel proprii sacerdotis, loco eorum, abiurare possint; qui omnes accusati, inquisiti, condemnati, reconciliati, et publice diffamati, modo et forma premissis, Ceteri vero premissa tantum confessione, et absque aliqua publica penitencia eis iniungenda, plenariam et totalem ueniam, et alia supradicta consequi et obtinere, Ipseque Nuncius omnia et singula supradicta, et quecunque alia, quae alii inquisitores, commissarii quicunque per quascunque

Digitized by Google

nostras et dicte sedis litteras, ac etiam de jure uel consuetudine facere, gerere, et exercere, libere et licite ualeat: Ac quod si aliqui ex predictis omnibus tam nouiter conuersis, quam aliis presentibus et absentibus reperientur, qui presentem gratiam modis premissis durantibus dictis mensibus suscipere noluerint, lapsis eisdem mensibus, gratiis per presentes concessis nullo modo gaudere possint; Qui tamen si ad sui excusationem aliquid afferre uoluerint, benigne et secundum christianam mansuetudinem audiantur, et eorum jura et defensiones ad nos per eundem Nuncium suo sub sigillo clausae mittantur: Quodque contra nouiter conuersos, ac filios et descendentes eorum confessos uel non confessos, quorum tamen excusationes per Nuncium aut deputatos prefatos, siue eorum aliquem receptae, et ad nos transmissae fuerint, in negotio inquisitionis uel uisitationis ordinariae vel extraordinariae, super criminibus predictis iuxta formam posteriorum litterarum predictarum usque ad annum a die publicationis presentium litterarum supersedeatur: quia interim nos tam super eodem negotio, quam etiam super illorum futuram vitam oportune prouidere intendimus: districtius inhibentes omnibus et singulis etiam judicibus ecclesiasticis et secularibus, ac prelatis, inquisitoribus, ordinariis, seu delegatis, quacunque auctoritate, potestate, et dignitate, etiam pontificali, Archiepiscopali, primatiali, et patriarchali, ac statu, gradu, conditione, et preeminentia, etiam Cardinalatus honore fulgentibus, ac tali qualitate, de qua expressa mentio fieri deberet, pollentibus, a nobis seu sede predicta, etiam ad instantiam eiusdem Regis deputatis, sub excommunicationis, suspensionis, et interdicti sententiis, et beneficiorum ac officiorum per eos obtentorum priuationis penis, eo ipso, nisi paruerint, incurrendis, ne aliquos de premissis heresi, Apostasia, aut Blasphemia culpabiles aut suspectos, qui gratiis predictis juxta presentium tenorem gaudere debent, si quos sub aliqua custodia, uel carceribus teneant, aut in exilia miserint, amplius detineant, aut contra eos ad ulteriora procedant, Immo captos relaxent, et exules ad patriam secure reddire permittant, Ac in eodem statu, in quo fuerunt ante accusationem, condemnationes, carcerationes, exilia et bannimenta huiusmodi existebant, reponant; Accusatoribus uero, denunciatoribus, testibus, inquisitoribus, judicibus, promotoribus, et aliis personis quibusuis, sub similibus censuris et penis, ne contra supradictos, etiam non culpabiles, nec suspectos, premissorum occasione se intromittere, nec aliquos ad testificandum uel accusandum, seu

Digitized by Google

denunciandum inducere, uel alias illos super premissis uel illorum occasione molestare quoquomodo presumant. Ac decernentes omnes et singulos in premissis inobedientes, uel contrauenturos, easdem sententias, censuras et penas eo ipso incurrere, et beneficia per eos tunc obtenta eo ipso uacare, et a nobis, ac quibusuis illorum ordinariis collatoribus impetrari et conferri posse, Ipsasque impetrationes et collationes, ac alias dispositiones alias legitime factas ualere, plenamque roboris firmitatem obtinere: ac easdem presentes litteras de subreptionis uel obreptionis uitio, seu intentionis nostre defectu notari uel impugnari non posse, nec sub quibusuis reuocationibus, modificationibus, limitationibus, et suspensionibus, quarumcunque similium uel dissimilium litterarum, etiam per nos et sedem eandem factis et faciendis nullatenus comprehensas, sed ab illis semper exceptas esse, et quotiens reuocatae uel limitatae fuerint, totiens in pristinum et eum, in quo ad presens existunt, statum restitutas, et reintegratas existere: necnon illarum transumptis manu Notarii publici subscriptis, et sigillo eiusdem Nuncii munitis, eandem prorsus tam in judicio quam extra illud fidem adhiberi debere, que ipsis presentibus adhiberetur, si forent exhibite uel ostense; Sicque in premissis omnibus per prefatos, et quoscunque alios inquisitores et judices, etiam sanctae Romanae Ecclesiae Cardinales, in quacunque instancia siue judicio, coram eis etiam nunc et in futurum pendente judicari, sententiari, ac diffiniri debere, sublata eis et eorum cuilibet quauis alia aliter judicandi, sententiandi, et diffiniendi facultate; ac irritum et inane quicquid secus super hiis a quoquam quauis auctoritate, etiam per nos scienter uel ignoranter contigerit attemptari. Quocirca prefato Nuncio per hec scripta mandamus vt per se, uel alium seu alios, easdem presentes et in eis contenta quecunque, ubi et quando ac quotiens opus fuerit solemniter publicans, ac in premissis efficaciter assistens, faciat presentes et in eis contenta quecunque, vbi, et quando, ac quotiens opus fuerit, firmiter obseruari: ac singulos, quos ipsae presentes concernunt, illis pacifice gaudere, non permittens eos desuper per inquisitores et judices prefatos, seu quoscunque alios quomodolibet impediri, molestari uel perturbari; Contradictores quoslibet et rebelles per censuras et penas ecclesiasticas, ac alia juris oportuna remedia, appellatione postposita, compescendo, inuocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii secularis. Johannem uero Regem prefatum per easdem presentes rogamus et hortamur in Domino vt, pro sua in hanc san-

Digitized by Google

ctam Sedem deuotione et obseruantia, ipsi Marco Nuncio suis auctoritate et fauore assistens, non permittat ipsum Marcum Nuncium circa premissorum executionem, aut illos, qui sub presentibus comprehenduntur, quominus iuxta ipsarum litterarum tenorem gaudere possint, quomodolibet turbari aut impediri. Non obstantibus premissis, ac etiam felicis recordationis Bonifacii papae VIII, et aliorum Romanorum Pontificum predecessorum nostrorum, ac aliis apostolicis, necnon in generalibus ac prouincialibus et sinodalibus conciliis editis generalibus, uel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, etiam ab eisdem uel a nobis, etiam pluries emanatis, legibus imperialibus, necnon etiam juramento, confirmatione apostolica, uel quauis firmitate alia roboratis, officii inquisitionis, et ecclesiarum, ac regnorum et dominiorum predictorum, illorumque Ciuitatum et locorum, etiam municipalibus statutis, et consuetudinibus, priuilegiis quoque, indultis, etiam in corpore juris clausulis, ac etiam in forma Breuis litteris, etiam per nos et predecessores nostros, et sedem huiusmodi, etiam inquisitoribus predictis, etiam ad instantiam eiusdem Johannis, et aliorum quorumcunque Regum et Reginarum, aut etiam Motu proprio, et de Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalium consilio, etiam apostolicae potestatis plenitudine, ac cum quibusuis, etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus et insolitis clausulis, irritantibusque et aliis decretis concessis, approbatis et innouatis, etiam si in eis caueatur expresse quod illis nullatenus, aut non nisi sub certis in ibi expressis modis et formis derogari possit: quibus omnibus, etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa et indiuidua,. non tamen per generales clausulas idem importantes mentio, seu queuis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc seruanda foret, tenores huiusmodi, ac si de verbo ad verbum ac forma in illis tradita obseruata inserti forent, pro sufficienter expressis habentes, illis alias in suo robore permansuris, hac vice duntaxat, harum serie motu, scientia, et potestatis plenitudine predictis, specialiter et expresse derogamus, contrariis quibuscunque: Seu si Inquisitoribus et judicibus predictis, uel quibusuis aliis communiter uel diuisim, ab eadem sit sede indultum quod interdici, suspendi, uel excommunicari non possint per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrae uoluntatis, aduocationis, extinctionis, absolu-

Digitized by Google

tionis, relaxationis, liberationis, mandati, concessionis, dispensationis, indulti, abolitionis, cassationis, irritationis, deletionis, annullationis, decreti, remissionis, donationis, restitutionis, repositionis, reintegrationis, statuti, ordinationis, inhibitionis, mandati, decreti, requisitionis, hortationis, mandati et derogationis, infringere, vel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri et Pauli Apostolorum eius, se nouerit incursurum.

Datum Romae apud sanctum Petrum, Anno Incarnationis dominice Millesimo quingentesimo trigesimo tertio, septimo Idus Aprilis, Pontificatus nostri Anno Decimo [1].

Bulla do Papa Clemente VII, dirigida a el-Rei.

1533 — Abril 30.

Clemens episcopus seruus seruorum Dei Carissimo in christo filio Johanni Portugallie et Algarbiorum Regi Illustri Salutem et apostolicam benedictionem.

Gratie diuine premium et humane laudis preconium acquiritur, si per seculares Principes ecclesiarum Prelatis, presertim pontificali dignitate preditis, opportuni fauoris presidium et honor debitus impendatur. Hodie siquidem dilectum filium Henricum, Electum Bracharensem, in vigesimo primo sue etatis Anno constitutum, Administratorem in spiritualibus et temporalibus ecclesie Bracharensis, tunc per obitum bone memorie Didaci, olim Archiepiscopi Bracharensis, extra Romanam Curiam defuncti, pastoris solatio destitute, donec vigesimum septimum dicte etatis Annum attingeret, de fratrum nostrorum consilio apostolica auctoritate constituimus et deputauimus; et deinde, cum dictum vigesimum septimum annum attingeret, ex tunc, prout ex ea die, et e contra de persona sua, nobis et eisdem fratribus ob suorum exigentiam meritorum accepta, eidem ecclesie de simili consilio dicta auctoritate prouidimus, ipsumque illi in Archiepiscopum prefecimus et pastorem, ac de eadem persona sua eidem

[1] *Copia authentica no* Arch. Nac., Gav. 2, Maç. 2, n.° 11.

Digitized by Google

ecclesie prouisum, ipsumque illi in Archiepiscopum prefectum fore decreuimus, curam et administrationem eiusdem ecclesie, etiam huiusmodi administratione durante, in eisdem spiritualibus et temporalibus plenarie committendo, prout in nostris inde confectis litteris plenius continetur. Cum itaque, fili carissime, sit virtutis opus dei ministros benigno fauore prosequi, ac eos verbis et operibus pro Regis eterni gloria venerari, Maiestatem tuam regiam rogamus et hortamur attente quatenus eundem Henricum Administratorem et Electum, et ecclesiam predictam sue cure commissam, habens pro nostra et apostolice sedis reuerentia propensius commendatos, in ampliandis et conseruandis iuribus suis sic eos benigni fauoris auxilio prosequaris, quod ipse Henricus Administrator et Electus tue Celsitudinis fultus presidio in commisso sibi cure pastoralis officio possit deo propicio prosperari, ac tibi ex inde a deo perennis vite premium et a nobis condigna proueniat actio gratiarum.

Datum Rome apud Sanctum petrum, Anno Incarnationis dominice millesimo quingentesimo trigesimo tertio, Pridie Kalendas Maii, Pontificatus nostri Anno Decimo [1].

Bulla do Papa Clemente VII, dirigida ao Infante D. Henrique.

1533—Abril 30.

Clemens episcopus seruus seruorum dei dilecto filio Henrico Infanti Portugallie Electo Bracharensi salutem et apostolicam benedictionem.

Diuina disponente clementia, cuius inscrutabili prouidentia ordinationem suscipiunt vniuersa, in apostolice dignitatis specula meritis licet imparibus constituti, ad vniuersas orbis ecclesias aciem nostre considerationis extendimus, et pro eorum statu salubriter dirigendo apostolici fauoris auxilium adhibemus. Sed de illis propensius cogitare nos conuenit, quas propriis carere pastoribus intuemur, vt eis iuxta cor nostrum viri preficiantur idonei, qui commissos sibi populos per suam circumspectio-

[1] Arch. Nac., Maç. 18, n.º 27.

Digitized by Google

nem prouidam et prouidentiam circumspectam salubriter dirigant et informent, ac bona ipsarum ecclesiarum non solum gubernent vtiliter, sed etiam multimodis efferant incrementis. Dudum siquidem, bone memorie Didaco Archiepiscopo Bracharensi regimini ecclesie Bracharensis presidente, Nos cupientes eidem ecclesie, cum vacaret, per apostolice sedis prouidentiam vtilem et idoneam presidere personam, prouisionem eiusdem ecclesie ordinationi et dispositioni nostre ea vice duximus specialiter reseruandam, decernentes ex tunc irritum et inane si secus super hiis per quoscunque quauis auctoritate scienter vel ignoranter contingeret attemptari. Postmodum vero, prefata ecclesia per obitum dicti Didaci Archiepiscopi, qui extra Romanam Curiam debitum nature persoluit, pastoris solatio destituta, Nos vacatione huiusmodi fidedignis relatibus intellecta ad prouisionem eiusdem ecclesie celerem et felicem, de qua nullus preter nos hac vice se intromittere potuit siue potest, reseruatione et decreto obsistentibus supradictis, Ne ecclesia ipsa longe vacationis exponatur incommodis, paternis et sollicitis studiis intendentes, post deliberationem quam de preficiendo eidem ecclesie personam vtilem et etiam fructuosam cum fratribus nostris habuimus diligentem. Demum ad te clericum Vlixbonensem, clericali caractere duntaxat insignitum, in vigesimo primo tue etatis Anno constitutum, et clare memorie Emanuelis, olim Portugallie et Algarbiorum Regis dum viueret, natum, ac Carissimi in christo filii nostri Johannis, moderni Portugallie et Algarbiorum Regis illustris, fratrem germanum, et pro quo idem Johannes Rex nobis super hoc per suas litteras humiliter supplicauit, ac cui apud nos de litterarum scientia, vite munditia, honestate morum, spiritualium prouidentia et temporalium circumspectione, aliisque multiplicum virtutum donis fidedigna testimonia perhibentur, direximus oculos nostre mentis, Quibus omnibus debita meditatione pensatis, te prefate ecclesie administratorem in spiritualibus et temporalibus, donec vigesimum septimum dicte etatis Annum attigeris, de fratrum eorundem consilio auctoritate apostolica constituimus et deputamus, Et deinde, cum dictum vigesimum septimum Annum attigeris, ex nunc prout ex tunc, et e contra, de persona tua, nobis et fratribus ipsis ob tuorum exigentiam meritorum accepta, eidem ecclesie de simili consilio dicta auctoritate prouidimus, teque illi in Archiepiscopum preficimus et pastorem, ac de eadem persona tua ipsi ecclesie prouisum, teque illi in Archiepiscopum et pastorem prefectum fore decernimus, curam et administrationem eiusdem ec-

Digitized by Google

clesie, etiam huiusmodi administratione durante, tibi in eisdem spiritualibus et temporalibus plenarie committendo, In illo qui dat gratias et largitur premia confidentes quod, dirigente domino, actus tuos prefata ecclesia sub tuo felici regimine regetur vtiliter, et prospere dirigetur, ac grata in eisdem spiritualibus et temporalibus suscipiet incrementa. Volumus autem quod, durante huiusmodi administratione, debitis et consuetis mense Archiepiscopalis Bracharensis supportatis oneribus, de residuis illius fructibus redditibus et prouentibus disponere et ordinare libere et licite valeas, sicuti Archiepiscopi Bracharenses, qui pro tempore fuerunt, de illis disponere et ordinare potuerunt, seu etiam debuerunt, Alienatione tamen quorumcunque bonorum immobilium, et preciosorum mobilium, dicte Mense tibi penitus interdicta, Et quod, antequam regimini et administrationi dicte ecclesie ratione Constitutionis et deputationis earundem te in aliquo immisceas, in manibus Venerabilium fratrum nostrorum Elborensis et Lamacensis Episcoporum, seu alterius eorum, fidelitatis debite solitum prestes iuramentum, iuxta formam, quam sub bulla nostra mittimus introclusam, Quibus, et eorum cuilibet, per alias nostras litteras mandamus vt ipsi vel alter eorum a te nostro et Romane ecclesie nomine ratione, Constitutionis et deputationis predictarum huiusmodi recipiant, seu recipiat, iuramentum. Jugum igitur domini tuis impositum humeris prompta deuotione suscipiens, curam et administrationem predictas sic exercere studeas sollicite fideliter et prudenter, quod ecclesia ipsa gubernatori prouido et fructuoso administratori gaudeat se commissam, tuque, preter eterne retributionis premium, nostram et dicte sedis benedictionem et gratiam ex inde vberius consequi merearis.

Datum Rome apud Sanctum petrum, Anno Incarnationis Dominice Millesimo quingentesimo trigesimo tertio, Pridie Kalendas Maii, Pontificatus nostri Anno Decimo [1].

[1] ARCH. NAC., Maç. 18 de Bullas, n.° 33.

Digitized by Google

Bulla do Papa Clemente VII, dirigida ao Infante D. Henrique.

1533—Abril 30.

Clemens episcopus Seruus Seruorum dei Dilecto filio Henrico Electo Bracharensi Salutem et apostolicam benedictionem.

Personam tuam nobis et apostolice sedi deuotam, tuis exigentibus meritis, paterna beniuolentia prosequentes, illa tibi fauorabiliter concedimus, que tuis commoditatibus fore conspicimus opportuna. Cum itaque nos hodie te in vigesimo primo tue etatis Anno constitutum Administratorem in spiritualibus et temporalibus ecclesie Bracharensis, tunc certo modo pastoris solatio destitute, donec vigesimum septimum Annum etatis huiusmodi attigeris, de fratrum nostrorum consilio apostolica auctoritate constituerimus et deputauerimus, ac ex tunc, prout ex ea die, et e contra, cum dictum vigesimum septimum Annum attigeris, de persona tua, nobis et eisdem fratribus ob tuorum exigentiam meritorum accepta, eidem ecclesie de simili consilio dicta auctoritate prouiderimus, preficiendo te illi in Archiepiscopum et pastorem; Necnon tecum vt, cum vigesimum septimum Annum huiusmodi attigeris, prefate ecclesie in Archiepiscopum preesse, illamque in eisdem spiritualibus et temporalibus regere et gubernare, ac munus consecrationis suscipere et illo vti valeres, motu proprio, eadem auctoritate dispensauerimus, prout in diuersis nostris inde confectis litteris plenius continetur; Et, sicut accepimus, tu tempore Constitutionis et deputationis ac prouisionis et prefectionis predictarum Monasterium sancte Crucis Colimbriensis, ordinis sancti Augustini, ex concessione apostolica in commendam obtineres, prout obtines, tibique vt in certos euentus liceret tibi ad Monasterium sancti Georgii dicti ordinis Colimbriensis diocesis, quod venerabilis frater noster Martinus Archiepiscopus Funchalensis ex concessione apostolica in commendam obtinet, liberum regressum seu accessum habere, et illud in commendam, quod viueres, reti-

Digitized by Google

nere dicta auctoritate indultum fuisset, prout existit: Nos tibi, vt statum tuum iuxta pontificalis dignitatis exigentiam decentius tenere valeas, de alicuius subuentionis auxilio prouidere ac te premissorum meritorum tuorum intuitu gratioso fauore prosequi volentes, et a quibusuis excommunicationis, suspensionis et interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris et penis a iure vel ab homine, quauis occasione vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existis, ad effectum presentium duntaxat consequendum, harum serie absoluentes et absolutum fore censentes; Necnon fructuum, reddituum et prouentuum dicti Monasterii sancte Crucis verum annuum valorem presentibus pro expresso habentes, motu simili, non ad tuam, vel alterius pro te nobis super hoc oblate petitionis instantiam, sed de nostra mera liberalitate, Tecum, vt etiam, postquam in vim prouisionis et prefectionis predictarum pacificam possessionem, seu quasi regiminis et administrationis dicte ecclesie, seu maioris partis eorum essecutus fueris, ac munus consecrationis susceperis, Monasterium sancte Crucis predictum, vt prius quoad uixeris, etiam vna cum dicta ecclesia quandiu illi prefueris, retinere; Necnon regressu, seu accessu predicto vtî et in illius euentum Monasterium ipsum sancti Georgii, cuius fructus, redditus et prouentus Octingentorum ducatorum auri de Camera secundum communem extimationem valorem annuum, vt etiam accepimus, non excedunt, in eamdem commendam similiter, quoad vixeris, etiam vna cum ecclesia et Monasterio sancte Crucis predictis, vt prefertur, retinere libere et licite valeas, generalis Concilii et quibusuis aliis Constitutionibus et ordinationibus apostolicis, ac Monasteriorum et ordinis predictorum iuramento, confirmatione apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis, statutis et consuetudinibus, ceterisque contrariis nequaquam obstantibus, dicta auctoritate apostolica tenore presentium de specialis dono gratie dispensamus, Decernentes commendam Monasterii sancte Crucis propterea non cessare, ac regressum seu accessum huiusmodi non expirare, Irritum quoque et inane, si secus super hiis a quoquam, quauis auctoritate, scienter vel ignoranter contigerit attemptari, Prouiso quod propterea in dictis Monasteriis diuinus cultus, ac solitus Canonicorum et Ministrorum numerus nullatenus minuatur, sed illorum ac dilectorum filiorum Conuentuum eorundem congrue supportentur onera consueta. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre absolutionis, dispensationis et decreti infringere, vel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc at-

Digitized by Google

temptare presumpserit, indignationem omnipotentis dei, ac beatorum Petri et Pauli Apostolorum eius, se nouerit incursurum.

Datum Rome apud sanctum petrum Anno Incarnationis Dominice Milessimo quingentesimo trigesimo tertio, Pridie Kalendas Maii, Pontificatus nostri Anno Decimo [1].

Bulla do Papa Clemente VII, dirigida ao Infante D. Henrique.

1533 — Abril 30.

Clemens episcopus seruus seruorum dei dilecto filio Henrico Infanti Portugallie clerico Vlixbonensi salutem et apostolicam benedictionem.

Apostolice sedis consueta clementia, ne dispositiones per eam de Metropolitanis et aliis Cathedralibus ecclesiis pro tempore facte valeant quomodolibet impugnari, sed persone ad eas promouende illis puro corde et sincera conscientia presidere possint, remedia, prout conuenit, adhibet opportuna. Cum itaque nos hodie te, qui, vt accepimus, in vigesimo primo tue etatis Anno constitutus existis, administratorem in spiritualibus et temporalibus ecclesie Bracharensis, ad presens certo modo pastoris solatio destitute, donec vigesimum septimum dicte etatis Annum attigeris, de fratrum nostrorum consilio apostolica auctoritate constituere et deputare; Et deinde, cum dictum vigesimum septimum Annum attigeris, ex tunc, prout ex ea Die et e contra, de persona tua nobis et eisdem fratribus ob tuorum exhigentiam meritorum accepta eidem ecclesie de simili consilio dicta auctoritate prouidere, teque illi in Archiepiscopum et pastorem preficere intendamus: Nos, ne, si forsan aliquibus sententiis censuris et penis ecclesiasticis ligatus sis, Constitutio et deputatio, necnon prouisio et prefectio predicte possint propterea quomodolibet impugnari, prouidere volentes, te a quibusuis excommunicationis, suspensionis et in-

[1] Arch. Nac., Maç. 19 de Bullas, n.º 41.

Digitized by Google

terdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris et penis a iure vel ab homine quauis occasione vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existis, ad hoc duntaxat, vt constitutio et deputatio, necnon prouisio et prefectio predicte, ac singule littere apostolice desuper conficiende suum sortiantur effectum, auctoritate predicta tenore presentium absoluimus, et absolutum fore nuntiamus: Non obstantibus Constitutionibus et ordinationibus apostolicis, ac dicte ecclesie iuramento, confirmatione apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis, statutis et consuetudinibus, ceterisque contrariis quibuscunque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre absolutionis et nuntiationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis dei, ac beatorum Petri et Pauli Apostolorum eius, se nouerit incursurum.

Datum Rome apud Sanctum petrum Anno Incarnationis dominice millesimo quingentesimo trigesimo tertio, Pridie Kalendas Maii, Pontificatus nostri, anno decimo [1].

Bulla do Papa Clemente VII, dirigida aos Bispos de Evora e de Lamego.

1533 — Abril 30.

Clemens episcopus seruus seruorum dei venerabilibus fratribus Elborensi et Lamacensi Episcopis Salutem et apostolicam benedictionem.

Dum nos hodie dilectum filium Henricum Electum Bracharensem, in vigesimo primo sue etatis anno constitutum, administratorem in spiritualibus et temporalibus ecclesie Bracharensis, tunc certo modo pastoris solatio destitute, donec vigesimum septimum Annum etatis huiusmodi attingeret, de fratrum nostrorum consilio apostolica auctoritate constituerimus et deputauerimus; Et deinde, cum dictum vigesimum septimum Annum

[1] Arch. Nac., Maç. 18 de Bullas, n.º 31.

Digitized by Google

attingeret, ex tunc, prout ex ea die, et e contra, de persona sua nobis et eisdem fratribus ob suorum exigentiam meritorum accepta eidem ecclesie de simili consilio dicta auctoritate prouiderimus, preficiendo ipsum illi in Archiepiscopum et pastorem, ac secum, vt cum vigesimum septimum Annum attingeret, prefate ecclesie in Archiepiscopum preesse, illamque in eisdem spiritualibus et temporalibus regere et gubernare valeret, motu proprio eadem auctoritate dispensauerimus, prout in diuersis nostris inde confectis litteris plenius continetur: Nos, ipsius Henrici Electi in partibus illis degentis, ne propter hoc ad sedem apostolicam accedendo personaliter laborare cogatur, Fraternitati vestre per apostolica scripta mandamus, quatenus vos, vel alter vestrum ab eodem Henrico Electo ratione Constitutionis et deputationis predictarum nostro et Romane ecclesie nomine fidelitatis debite solitum recipiatis, seu recipiat iuramentum, iuxta formam in litteris super munere consecrationis sibi impendendo conficiendis annotatam; Ac formam iuramenti huiusmodi, quod prestabit nobis, de uerbo ad uerbum per eius patentes litteras suo sigillo munitas per proprium Nuntium quantotius destinare curetis.

Datum Rome apud Sanctum petrum, Anno Incarnationis Dominice millesimo quingentesimo trigesimo tertio, Pridie Kalendas Maii, Pontificatus nostri Anno Decimo [1].

Bulla do Papa Clemente VII, dirigida ao Cabido da Sé de Braga.

1533 — Abril 30.

Clemens episcopus seruus seruorum dei dilectis filiis Capitulo ecclesie Bracharensis salutem et apostolicam benedictionem.

Hodie dilectum filium Henricum Electum Bracharensem, in vigesimo primo sue etatis anno constitutum, administratorem in spiritualibus et tem-

[1] Arch. Nac., Maç. 18 de Bullas, n.° 37.

Digitized by Google

poralibus ecclesie vestre Bracharensis, tunc per obitum bone memorie Didaci, olim Archiepiscopi Bracharensis, extra Romanam Curiam defuncti, pastoris solatio destitute, donec vigesimum septimum dicte etatis annum attingeret, de fratrum nostrorum consilio apostolica auctoritate constituimus et deputauimus; Et deinde cum dictum vigesimum septimum annum attingeret, ex tunc, prout ex ea die, et e contra, de persona sua nobis et eisdem fratribus ab suorum exigentiam meritorum accepta eidem ecclesie de simili consilio dicta auctoritate prouidimus, ipsumque illi in Archiepiscopum prefecimus, et pastorem; ac de eadem persona sua eidem ecclesie prouisum, ipsumque illi in Archiepiscopum prefectum fore decreuimus, curam et administrationem eiusdem ecclesie, etiam huiusmodi administratione durante, in eisdem spiritualibus et temporalibus plenarie committendo, prout in nostris inde confectis litteris plenius continetur. Quocirca discretioni uestre per apostolica scripta mandamus, quatenus eidem Henrico administratori et Electo, tanquam patri et pastori animarum vestrarum, humiliter intendentes ac exhibentes sibi obedientiam et reuerentiam debitas et deuotas, eius salubria monita et mandata suscipiatis humiliter, et efficaciter adimplere curetis: Alioquin sententiam, quam idem Henricus administrator et Electus rite tulerit in rebelles, ratam habebimus et faciemus, auctore domino, vsque ad satisfactionem condignam inuiolabiter obseruari.

Datum Rome apud Sanctum petrum Anno Incarnationis dominice millesimo quingentesimo trigesimo tertio, Pridie Kalendas Maii, Pontificatus nostri Anno decimo [1].

[1] ARCH. NAC., Maç. 18 de Bullas, n.º 13.

Digitized by Google

Bulla do Papa Clemente VII, dirigida ao clero da Diocese de Braga.

1533 — Abril 30.

Clemens episcopus seruus seruorum Dei dilectis filiis Clero Ciuitatis et diocesis Bracharensis Salutem et apostolicam benedictionem.

Hodie dilectum filium Henricum Electum Bracharensem, in vigesimo primo sue etatis Anno constitutum, administratorem in spiritualibus et temporalibus ecclesie Bracharensis, tunc per obitum bone memorie Didaci olim Archiepiscopi Bracharensis, extra Romanam Curiam defuncti, pastoris solatio destitute, donec vigesimum septimum dicte etatis Annum attingeret, de fratrum nostrorum consilio apostolica auctoritate constituimus et deputauimus; Et deinde, cum in dicto vigesimo septimo Anno esset, ex tunc, prout ex ea die, et e contra, de persona sua nobis et eisdem fratribus ob suorum exigentiam meritorum accepta eidem ecclesie de simili consilio dicta auctoritate prouidimus, ipsumque in Archiepiscopum prefecimus, et pastorem; ac de eadem persona sua eidem ecclesie prouisum, ipsumque illi in Archiepiscopum prefectum fore decreuimus, curam et administrationem eiusdem ecclesie, etiam huiusmodi administratione durante, in eisdem spiritualibus et temporalibus plenarie committendo, prout in nostris inde confectis litteris plenius continetur. Quocirca discretioni vestre per apostolica scripta mandamus, quatenus eundem Henricum administratorem et Electum, tanquam patrem et pastorem animarum vestrarum grato admittentes honore, ac exhibentes sibi obedientiam et reuerentiam, debitas et deuotas eius salubria monita et mandata suscipiatis humiliter et efficaciter adimplere curetis; Alioquin sententiam, quam idem Henricus administrator et Electus rite tulerit in rebelles, ratam habebimus et faciemus, auctore domino, vsque ad satisfactionem condignam inuiolabiliter obseruari.

Datum Rome apud Sanctum petrum Anno Incarnationis dominice

Digitized by Google

millesimo quingentesimo trigesimo tertio, Pridie Kalendas Maii, Pontificatus nostri Anno decimo [1]:

Bulla do Papa Clemente VII, dirigida aos vassallos da Sé de Braga.

1533 — Abril 30.

Clemens episcopus seruus seruorum dei dilectis filiis vniuersis vassallis ecclesie Bracharensis salutem et apostolicam benedictionem.

Hodie dilectum filium Henricum Electum Bracharensem, in vigesimo primo sue etatis anno constitutum, administratorem in spiritualibus et temporalibus ecclesie Bracharensis, tunc per obitum bone memorie Didaci olim Archiepiscopi Bracharensis, extra Romanam Curiam defuncti, pastoris solatio destitute, donec vigesimum septimum dicte etatis Annum attingeret, de fratrum nostrorum consilio apostolica auctoritate constituimus et deputauimus; et deinde cum dictum vigesimum septimum Annum attingeret, ex tunc, prout ex ea die, et e contra, de persona sua nobis et eisdem fratribus ob suorum exigentiam meritorum accepta eidem ecclesie de simili consilio dicta auctoritate prouidimus, ipsumque illi in Archiepiscopum prefecimus et pastorem; Ac de eadem persona sua eidem ecclesie prouisum, ipsumque illi in Archiepiscopum prefectum fore decreuimus, curam et administrationem eiusdem ecclesie, etiam huiusmodi administratione durante, in eisdem spiritualibus et temporalibus plenarie committendo, prout in nostris inde confectis litteris plenius continetur. Quocirca vniuersitati vestre per apostolica scripta mandamus, quatenus eundem Henricum administratorem et Electum, tanquam patrem et pastorem animarum vestrarum deuote suscipientes, et debita honorificentia prosequentes ei fidelitatem solitam, necnon consueta seruitia et iura sibi a vobis debita exhibere integre studeatis; Alioquin sententiam, siue penam, quam idem Henricus administrator et Electus rite tulerit siue statuerit in

[1] Arch. Nac., Maç. 18 de Bullas, n.º 41.

Digitized by Google

rebelles, ratam habebimus et faciemus, auctore domino, vsque ad satisfactionem condignam inuiolabiliter obseruarī.

Datum Rome apud Sanctum petrum Anno Incarnationis dominice millesimo quingentesimo trigesimo tertio, Pridie Kalendas Maii Pontificatus nostri anno decimo [1].

Enformaçam pera se fazer a suplicaçam ao papa [2].

(1533).

Beatissimo Padre, Por parte de dom Joham Rei de portugal e dos algarues etc. Muy deuoto filho vosso.

Foy vossa santidade emformado como em seu Reino e terras de seu senhorio auia muitos christaõs nouos, que, sendo judeus, foram de corenta annos [3] a esta parte tornados christãos, Alguuns per força, outros per suas vontades, e outros que depois nacendo dos sobreditos foram bautizados em sua emfancia segundo o costume da santa madre Igreja; E que a mayor parte de todos estes eram tam sospeitos e emfamados de eresias e apostasias da fé, que todo o Reino estaua mui escandalizado de verem receber e ministrar os sacramentos da Igreia, mayormente o santissimo Sacramento, haqueles e per aqueles que crem e tem por mui certo serem erejes e judeus. E por remediar tam grandes emconuenientes e danos das almas e ofensas de deus pedio a vossa Santidade que mandasse fazer enquisiçam no dito Reino, pelo qual vossa Santidade, sendo assi enformado a instancia e pitiçam del Rey, Comcedeo huma bula, per que fez enquisidor no dito Reino e Senhorios dele a frey diego da Silua, seu confesor e frade menor da ordem de sam francisco; e os ditos christãos

[1] Arch. Nac., Maç. 18 de Bullas, n.º 21,

[2] *Este titulo é do original.*

[3] *Não pareça extranho dizer* quarenta annos, *porque segue nisto o calculo da Bulla* Sempiterno Regi, *publicada a pag. 430 d'este volume.*

Digitized by Google

nouos foram tam solicitos e sagazes que, como isto souberam, logo enpetraram outras letras apostolicas em contrairo, per que vossa Santidade sospendeo a dita bula, e mandou que se nom fizesse obra alguma per ella ate vosso beneplacito. E nom contentes disto os ditos christaõs nouos, por se mais segurarem e conseruarem em seu judaysmo e eresias, ouueram agora outra bulla de perdam da sé apostolica, em a qual vossa santidade diz que, sendo enformado que muitos destes sospeitos foram de corenta annos ha esta parte de seu judaysmo e da seita mayometica e d outras seitas constrangidos, e tornados contra suas vontades á fé catolica, e que alguns destes foram bautizados per força violenta, e outros per suas vontades, e outros que naceram de parentes christaõs e depois per conuersaçam emdiscreta e diabolica persuasam cairam nos ditos errores de eresia e apostasia. E querendo vossa Santidade prover como os que foram nouamente conuertidos se nom possam justamente queixar que lhes desfaleceo vossa diligencia em os preseruar dos ditos errores e confirmar na fé catolica, nem os que foram constrangidos e violentamente bautizados, os quaes vossa santidade diz que se nom deuem contar por membros da Igreia, se nam possam tambem justamente queixar que sam contra toda justiça e equidade pola Igreia como christaõs corrigidos e castigados: polo qual diz vossa Santidade que de seu moto proprio, e nam ha instancia dos culpados nem d outra pessoa, mas de sua certa ciencia e plenario poder da Sé apostolica perdoa e absolue plenariamente todos os culpados dos ditos crimes de irisias e apostasias no foro ciuil criminal e contencioso e d alma e conciencia, e dos outros crimes os absolue quanto ao foro da conciencia somente precedendo contriçam e confisam; E comete vossa Santidade a eixecuçam, comprimento e publicaçam desta bula ao bispo marco seu nuncio, Ao qual manda que nomee e asine os confesores com que se estes christaõs nouos am de confessar, e aos que forem presentes no Reino assine tempo de tres meses do dia da publicação da bula, e os ausentes que esteuerem fora do Reino quatro meses, ou mais ou menos, segundo o que ao dito nuncio parecer necesario, e manda que se faça liuro memorial destas confisoẽs asinado e aselado polo nuncio, e que se ponham os nomes e cõnhomes de todos os que se confesarem no dito liuro. E manda vosa Santidade que todos os que tiuerem abitaçam no Reino de portugal ou Senhorios dele, asi machos como femeas, ora seiam naturaes da terra ora viessem d outro Reino; e tambem

Digitized by Google

os que foram desterrados por suas eresias e dilitos, e os que se foram e ausentaram per suas vontades que se confesarem ao dito nuncio, ou a cada hum dos confesores per elle ordenados e se espreuerem no dito liuro das confissões dentro no tempo acima asinado, o qual tempo manda que se conte aos ausentes do dia que ouuerem noticia desta bula em diante, seiam perdoados de todas suas eresias apostasias crimes e excesos, por grandes inormes e calificados que seiam. E este perdam concede vossa Santidade a todos os ditos christaõs nouos de qualquer calidade e condiçam que sejam, com tanto que depois das ditas confissões se emendem e nom tornem a cometer mais os ditos errores e eresias. E manda que os que sam constituidos em oficio sacerdotal ou dinidades ecclesiasticas siruam seus oficios e suas dinidades e estem nelas quietamente, E os que nom sam sacerdotes ho posam ser, e auer beneficios e dinidades se canonicamente lhe forem dados, E seiam auidos assi como se elles e seus pais auos e bisauos foram sempre christaõs e nunca desuiaram da fee, E gozem de todos os privilegios onras e prerogatiuas, com plenissima abilitaçam no spiritual e temporal, que gozam os outros christaõs antigos, e nunca em nenhum tempo posam ser acusados denunciados nem inquiridos das eresias, blasfemias e apostasias cometidas ante da publicaçam desta bula, e ante de se confesarem ao dito nuncio ou aos confesores per ele ordenados, E todo o pasado lhe vossa Santidade perdoa, asy quanto ao foro judicial, criminal e contencioso, como da conciencia e alma, e dispensa com elles e absolve os de todalas excomunhoẽs, interditos, yrregularidades e censuras, em que ouuessem encorrido por causa dos ditos excesos erisias e apostasias. O qual perdam se cre e tem por mui certo que uosa Santidade em nenhuma maneira concedera na forma e modo em que o concedeo, se fora bem e fielmente emformado dos enconuenientes e danos das almas, e grandes escandolos e ofensas de deus que deles se seguem, porque certo he que estes sam judeus, pois foram bautizados per força violenta segundo vossa santidade foy enformado, e diz que nom deuem ser nomeados antre os christaõs nem corrigidos pola Igreia; e pois he verdade que sam judeus, e nom sam capazes de receber sacramento algum, certo he que nam lhe concedera vossa Santidade as cousas acima ditas, se fora bem enformado, e por tanto se crê que foram tam solicitos e sagazes que tiueram mêos e maneiras pera enganar vossa santidade, e per falaces e falsas emformaçõcs empetraram e alcançaram da sé aposto-

Digitized by Google

lica perdam e dispensaçam, e priuilegio tam escamdaloso e pernicioso de error entolerabile, que sendo judeus seiam Sacerdotes e posam ter toda dinidade eclesiastica, posto que seia abacial episcopal e archiepiscopal, e ministrar e Receber todos os sacramentos da Igreja, Sem se poder nunca em nenhum tempo fazer contra eles visitaçam nem enquisiçam alguma do pasado, nem se poderem os prelados enformar nem enquirir quais foram bautizados per força, e quais per suas vontades, porque a bula tudo defende, e quer que elles gozem do perdam e perrogatiuas acima ditas, confesando se e espreuendo se no liuro das confisoẽs segundo a forma da bula, sem se poder mais acerca deles fazer outra alguma diligencia.

E o mesmo perdam acima dito concede vossa santidade aos outros que foram bautizados de corenta annos a esta parte per suas vontades, e aos que depois delles naceram e foram bautizados em sua infancia segundo a forma da Igreia, dos quaes vossa Santidade foy enformado que per indiscretas e enganosas conuersaçoẽs e diabolicas persuasoẽs se tornaram muitos delles ao judaysmo, e nom se pode entender e he espantoso de ouuir que, enformando elles vossa Santidade como sam ereies, lhes perdoa nom somente no foro da conciencia, mas tambem quanto ao foro judicial e contencioso, e dispensa com elles que seiam sacerdotes e possam ter todalas dinidades eclesiastisas, e ministrar e Receber todolos sacramentos, Sem se poder contra elles fazer nunca inquisiçam das eresias passadas e cometidas até o tempo da dita confisam; e assi lhe concede vossa santidade o dito perdam e dispensaçam quanto ao foro judicial, sem lhe constar nem saber que se querem emendar, e posto que os mande confesar a confisam sacramental he secreta, e nom faz fé quanto á igreia no foro judicial, e mayormente esta que he forçada e feita per medo, porque nom se confesando nom podem gozar da bula, e ficarám obrigados ás penas que merecem per suas erisias, E por tanto lhe he forçado confesarem se como a bula manda; e se de corenta annos a esta parte se confesaram sempre maliciosa e falsamente per suas vontades, como quer vossa santidade que lhe cream a esta confisam feita forçadamente sem poderem al fazer?

E diz mais vossa Santidade que os que foram acusados e encacerados, e lhe forem ja prouadas suas eresias en juizo, ou forem condenados e seus bens confiscados, ou reconciliados e penitenciados, ou per suas erisias desterrados, que, abjurando eles e renunciando as ditas eresias,

Digitized by Google

seiam logo soltos das prisões e degredos, e postos em sua liberdade, e lhe tornem e restituam seus bens e fazendas, se ja o procurador fiscal del Rey nom estiuer de posse dellas, e que sejam remitidos ao nuncio; e querendo se elles confesar, e confesando se e esprevendo se no liuro das confisoẽs, segundo a forma da bula, vossa Santidade extingue e annula os ditos processos e sentenças e autos contra elles formados, e aduoca tudo á sé apostolica, e manda que elles seiam tornados e restituidos ao estado que dantes estauam, e dispensa com elles e absolue os de todalas excomunhoẽs, interdictos, irregularidades e censuras, em que ouuesem encorrido por causa das ditas erisias, apostasias e errores, e tira lhe toda magoa de infamia que tinham, e quer que os que eram sacerdotes ou tinham dinidades ecclesiasticas, fiquem em seu oficio sacerdotal e dinidades pacificamente como d antes estauam, e gozem de todolos priuilejos onras e prerogatiuas ao espiritual e temporal, que gozam os outros christaõs antigos, e seiam tidos e auidos em todalas cousas asi como se elles e todos seus antecessores foram sempre christaõs, e nunca disuiaram da fe: e estas cousas lhe concede vossa Santidade, E manda que gozem dellas, posto que se proue claramente e conste que eram erejes, e que o foram sempre, e que perseueraram e estiueram em suas apostasias e errores e eresias de corenta annos ha esta parte. Pois veja Vossa Santidade e consire como se poderá tolerar tam grande e abominavel escandalo que os que vemos e sabemos que foram sempre erejes, e por taes auidos e condenados, que saindo dos caceres prisões e desterros os vejamos logo prelados e husar de hoficio Sacerdotal, ministrar os Sacramentos, e Reger ha Igreja. Nom se crê que Vossa Santidade tal cousa mandara nem permitira, se fora bem e fielmente enformado, sem ao menos lhe constar e saber primeiro elles serem emmendados, Porque comtra toda rezam e direito he elles serem perdoados, e com tam plenissima abilitaçam dispensados, sem constar nem se saber que sam emendados; e posto que se confessem segundo a bula manda, a tal confissam [illegible] faz fe quanto á Igreja no foro judicial onde as eresias foram prouadas, porque he sacramental e secreta, feita per medo e sospeita, segundo ja acima fica dito.

E manda mais Vossa Santidade que os que forem infamados sem serem acusados, se sua infamia vier ás orelhas do nuncio, se possam compurgar extrajudicialmente e secretamente perante o nuncio, ou seus deputados, per seu juramento com duas ou tres testemunhas fidedignas, que

Digitized by Google

o mesmo infamado escolher e hapresentar; e nam se querendo compurgar, estes infamados poderam abjurar e renunciar secretamente seus errores, de que sam difamados, perante o nuncio, ou seu deputado, com duas testemunhas, ou com seu proprio sacerdote: E com esta purgaçam ou abjuraçam lhe tira vosa Santidade toda infamia, E manda que gozem de todolos beneficios desta bula, com plenissima abilitaçam no espiritual e temporal, e que seiam auidos em todas as cousas como os outros christaõs antigos, e como se nunca foram difamados, e sempre foram christaõs elles e seus antecessores. O qual perdam e abilitaçam causará mui grande escandalo, porque em todalas partes do Reino ha hi muitos mui difamados, e tidos comummente por erejes, e nom se pode tirar nem cesar o tal escandalo com a dita purgaçam ou abiuraçam extrajudicial, que foi feita oculta e secretamente, segundo a bula manda; nem se pode crer que, sendo vosa santidade fielmente enformado, permita e aja por bem que os que sam publicamente infamados, e tidos comummente dos que hos conhecem por erejes, gozem de tantos beneficios, priuilegios, onras, prerogatiuas, abilitaçoẽs e dispensaçoẽs, como esta bula concede com tanto escandalo de todo reino.

Manda mais Vosa Santidade que os que forem acusados em portugal, ou em outras partes fora do Reino, postoque nos processos contra elles formados lhe seiam prouadas suas heresias, ou seiam ja condenados por erejes, e se quiserem mostrar por sem culpa e liurar se perante o nuncio, que os ouça beninamente de nouo, e lhe receba suas defesas e proua delas; e se outra vez sucumbirem e forem conuencidos perante o nuncio, e nom forem achados relasos, que lhe mude as penas juridicas que por suas eresias mereciam, e as em que foram condenados, em penitencias arbitrarias e secretas, e com as ditas penitencias extrajudiciaes e secretas fiquem abilitados absoltos e dispensados pera poderem gozar de todolos beneficios da bula, asi como os outros acima ditos. Do que se seguem grandes inconuenientes, porque nom somente em portugal, mas tambem no reino de castela, foram muitos acusados e depois de lhe serem suas eresias provadas, e alguuns depois de condenados e os bens confiscados, fugiram pera portugal, e sam suas estatuas queimadas em castela; e tornando se agora a liurar e amostrar por sem culpa ante o nuncio, per ventura com testemunhas, fundamentos e Rezoẽs falsas, sem parte e em ausencia dos inquesidores e prelados, que os condenaram, redun-

Digitized by Google

dará em obprobrio infamia e desonra dos ditos inquisidores e prelados, que contra elles procederam, e os acharam culpados e os condenaram, e eles, sendo culpados e ereges, com huma penitencia pecuniaria e secreta ficarám liures, e gozarám de todolos beneficios da bula, ho que he cousa tam abominauel e asurda como as pasadas. E postoque o fundamento e entençam de uosa Santidade seia comceder lhe este perdam com tanto fauor polos preseruar das eresias e confirmar na fe, elles ho tomarám pollo contrairo, e lhes parecerá que porque tem a verdade permite deus e quer que seiam fauorecidos e defendidos, e confirmar se am mais huns aos outros em seus errores, e perverterám os filhos com mais eficacia e mayor pertinacia, e far se am mais firmes e constantes em suas irisias, porque certo he que o mal conseruado e fauorecido mais se acrecenta. E todos os que tem conhecimento e experiencia de seu modo de uiver dizem e tem por certo que, sendo asi fauorecidos de uossa Santidade como vem ordenado na bula, que se confirmarám muito mais em seu judaismo, e as erisias crecerám cada vez mais.

E por tanto el Rei por euitar tam grande perigo e dano das almas e ofensas de deus, e escandolo do reino e de toda a christindade, pede a uossa Santidade que, lembrando se da entençam rezoẽs e fundamentos, com que concedeo a bula da Inquisiçam acima dita, aja por bem de conceder outra em que faça inquisidor a pesoa natural do reino, que el Rey nomear, porque os naturaes tem mais conhecimento e experiencia das cousas do Reino que os estrangeiros, e, reuocando e anulando esta bula de perdam, conceda a inquisiçam na forma da bulla acima dita, per que Vossa Santidade fez inquisidor ao dito frei diego da silua. E pois parece bem a vosa Santidade de dar algum fauor a esta gente, conceda a dita bula da Inquisiçam com as limitaçoẽs seguintes:

A primeira que os que forem condenados por erejes, e nom forem reconciliados, nom seiam entregues ha justiça secular, porque seiam liurados da morte natural, e seiam desterrados do Reino pera terra onde nom possam danar, e se em algum tempo lhe nosso Senhor quiser dar graça pera se conuerterem, la lha dará onde estiuerem.

A segunda que os seus bens e fazendas nom se confisquem, mas seiam pera os filhos e erdeiros que forem achados catolicos e bons christãos, e nom tendo taes erdeiros pera obras pias nomeadas per el rei com parecer do inquisidor.

Digitized by Google

A terceira que os que forem reconciliados nom lhe dem cacere perpetuo segundo a determinaçam do direito comum, nem se confisquem seus bens, e tirem lhe os filhos de seu poder, se os tiuerem, e ponham nos onde seiam insinados na fe catolica e virtudes necessarias e proueitosas pera sua saluaçam. E os bens e fazendas seiam pera os ditos filhos, e nom tendo filhos, pera os outros erdeiros que forem bons christãos sem infamia de eresia, e nom tendo taes erdeiros, pera obras pias, que el Rei com parecer do inquisidor nomear; e os ditos reconciliados fiquem inabilitados e incapazes dos autos ligitimos e oficios publicos, segundo a ordenança e disposiçam do direito comum, e nom posam mais ter nem husar de nenhum oficio de comprar e vender, nem lançar em rendas, mas viuam per seu trabalho mecanico, e esta penitencia lhe dem em lugar do cacer perpetuo que lhe o direito dá.

A quarta limitaçam he que vossa Santidade dispense com os filhos e netos dos condenados em que nom for achada sospeita nem enfamia de eresia, e os faça abeles e capazes de todolos autos ligitimos no espiritual e temporal, e de todolos oficios pubricos e dinidades no estado ecclesiastico e secular, e todo o mais mande vossa Santidade, que se faça segundo a ordenança e disposiçam do direito comum e conciencia do Inquisidor [1].

Bulla do Papa Clemente VII, dirigida ao Infante D. Henrique.

1533 — Agosto 7.

Clemens episcopus seruus seruorum dei dilecto filio Henrico Electo Bracharensi salutem et apostolicam benedictionem.

Cum nuper nos te, tunc in vigesimo primo tue etatis anno constitutum, administratorem in spiritualibus et temporalibus ecclesie Bracharen-

[1] *Copia muito incorrecta no* ARCH. NAC., Gav. 2, Maç. 2, n.° 29. *Veja-se o que ácerca d'este documento diz o sr. A. Herculano na sua obra* — Da origem e estabelecimento da inquisição — *Tom. II, pag. 16 e 17.*

Digitized by Google

sis, tunc certo modo pastoris solatio destitute, donec vigesimum septimum Annum etatis huiusmodi attingeres, de fratrum nostrorum consilio apostolica auctoritate constituerimus et deputauerimus, ac ex tunc, prout ex ea die, et e contra, cum dictum vigesimum septimum Annum attingeres, de persona tua nobis et eisdem fratribus ob tuorum exigentiam meritorum accepta eidem ecclesie de simili consilio dicta auctoritate prouiderimus, preficiendo te illi in Archiepiscopum et pastorem, Ac tecum vt, cum vigesimum septimum Annum huiusmodi attigeres, prefate ecclesie in Archiepiscopum preesse, illamque in eisdem spiritualibus et temporalibus regere et gubernare valeres, motu proprio dicta auctoritate dispensaueri-mus, prout in diuersis nostris inde confectis litteris plenius continetur; Ac postmodum Pallium insigne, videlicet plenitudinis pontificalis officii, ex parte tua fuerit a nobis per dilectum filium Petrum Domenech, clericum Terrachonensem, Scutiferum de numero participantium, et familiarem continuum commensalem nostrum, Nuntium tuum, cum ea qua decuit instantia postulatum : Nos tuis supplicationibus annuentes Pallium ipsum de corpore beati Petri sumptum, per venerabiles fratres nostros Elborensem et Lamacensem Episcopos tibi assignandum, per prefatum Nuncium tuum duximus destinandum, Ut iidem Episcopi, vel eorum alter, illud tibi postquam munus consecrationis susceperis assignent, et a te nostro et Romane ecclesie nomine sub forma, quam eis sub bulla nostra mittimus introclusam, fidelitatis debite solitum recipiant iuramentum. Tu autem illo intra ecclesiam tuam illis diebus duntaxat vtaris, qui expressi in ipsius ecclesie priuilegiis continentur. Ut igitur Signum non discrepet a signatu, sed quod geris exterius interius serues in mente, Discretionem tuam monemus et hortamur attente tibi per apostolica scripta mandantes quatenus humilitatem et iustitiam dante domino, qui dat premia et munera elargitur, obseruare studeas, que suum seruant et promouent seruatorem, Et Bracharensem ecclesiam sponsam tuam cure sollicite auctore domino spiritualiter et temporaliter augmentare.

Datum Rome apud Sanctum petrum, Anno Incarnationis dominice Millesimo quigentesimo trigesimo tertio, Septimo Idus Augusti, Pontificatus nostri Anno Decimo [1].

[1] Arch. Nac., Maç. 19 de Bullas, n.° 24.

Digitized by Google

Forma iuramenti ratione Pallii. — Ego Henricus Archiepiscopus Bracharensis ad hac hora in antea fidelis et obediens ero beato Petro sancteque apostolice Romane ecclesie, et domino meo domino Clementi pape VII, suisque successoribus canonice intrantibus. Non ero in consilio aut consensu vel facto vt vitam perdant aut membrum, seu capiantur mala captione. Consilium vero quod mihi credituri sunt per se, aut nuntios seu litteras, ad eorum damnum me sciente nemini pandam. Papatum Romanum et regalia sancti Petri adiutor eis ero ad retinendum et defendendum, saluo meo ordine, contra omnem hominem. Legatum apostolice sedis in eundo et redeundo honorifice trattabo, et in suis necessitatibus adiuuabo. Vocatus ad Synodum veniam, nisi prepeditus fuero canonica prepeditione. Apostolorum limina Romana Curia existente, citra singulis Annis, vltra vero montes singulis Bienniis, visitabo aut per me aut meum Nuntium, nisi apostolica absoluar licentia. Possessiones vero ad mensam mei Archiepiscopatus pertinentes non vendam, neque donabo, neque impignorabo, neque de nouo infeudabo, vel aliquo modo alienabo, inconsulto Romano Pontifice. Sic me deus adiuuet et hec sancta dei euangelia [1].

Bulla dirigida aos Bispos d'Evora e de Lamego.

1533 — Agosto 7.

Clemens episcopus seruus seruorum Dei venerabilibus fratribus Elborensis et Lamacensis Episcopis Salutem et apostolicam benedictionem.

